

C142 EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

17-62

SIGNAT. *c1010CCCXIII.*

DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS
Dc.
COLICO DO-

LORE,
Quam
DUCE & AUSPICE CHRISTO

Autoritate, jussu & Decreto

Amplissimi Collegii Medici in Illustri E Florentissima ad Alibim Academia

PRÆSIDE
RECTORE MAGNIFICO

Viro Amplissimo, Excellentissimo, Experiensissimo

DN. MARCO BANZERO,

Augustano, Medic. Doctore ac Prof. Publ. celeberrimo Facultatisq; suæ Seniore gravissimo.

Dn. Præceptore, Patrono ac Promotore suo omni honoris observantiaeque cultu æternum d. venerando.

PRO LICENTIA.

Summos in arte Medica honores & Privilegia consequendi

Publico Eruditorum Examini & censure sifit

GUILHELMUS BANCHEL /

Dresdensis.

*In Auditorio majori horis ante & pomeridianis
Ad diem 9 Mart.*

Literis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr. Ann. 1654.

5.

69.

DIPUTATIO MEDICINALIS RAVENSBERGENSIS

DE

COLLEGIO DO.

TORE.

DACIS AVISPICIE CIRISTO

ANNO MDCCLXVII

AD EDITIONEM TERTIAM



AUSPICE CHRISTO.

Nihil generi humano desiderabilius, nihil optatus, nihil denique præstantius, divinitus dari potuisse, præterquam Sanitatem & vitæ hujus incolumentem, apud omnes incolos est, & laudes ac Encomia clarissimorum virorum quibus illam in cœlum evenerunt sufficienter & luculenter confirmant. Magna sum cum voce exclamat *Amphio Siconius*:

O beatas sanitas te presentem amanum

Gratis Ver flores, absq[ue] te nemo beatus.

Huic adstipulatur Plutarchus lib. ult. de tuend. valetud. quando ait. condimentum optimum sanum corpus. Hinc Celsus lib. 1. de re medica præcipit. Sanus homo qui & sua sponte est, & bene valet, nullis se legibus obligare debet. Et omnino ita se res habet, indiesque nobis ægroti & à morbis convalescentes, tanquam experti & è naufragio abyssو maris morborum emersi validissima testimonia exhibent. Nam inter præstantissima quæque bona mortalium, excepta anima Salute, nulla res major, nulla desiderabilius, nullaque carior hominibus existit. Hæc vita hujus turbulentæ unica solatrix: hæc scientiarum artiumque omnium piissima fautorix; hæc legum & sanctorum statutorum optima conservatrix. Hæc illa est, cuius præsentia quivis, partium corporis administriculo munis ad vitam necessariis, citra noxam fungi potest. Thesaurus vero hic præstantissimus, & donum hoc Dei optimum, hostem nactus est, omni hoste truculentiore, Morbum scilicet. Hic spernit dignitatem, sternit possessorum. Nihil hoc hoste crudelius, nihil terribilius, nihil denique intolerabilius. Improvisus & multis agminibus stipatus, arcem sanitatis aggreditur, & exercit illum medicamenta non terrent. Hinc divus *Augustinus*

nus de Civitate Dei lib. 22, c. 22, ait: Tot esse morborum genera corporis humani, ut nondum omnibus in libris comprehensa sint. Galenus in libro cui titulus est Medicus refert: centum & duodecim morbos solum contingere oculo: Vide ex hoc quot ceteris membris accidentur. Febrium genera Seneca Epist. 95. dicit esse innumerabilia, aliarum impetu subeuntium, aliarum tenui peste reventium, aliarum cum horrore & multa membra vlorum qualificatione venientium.

Cæterum homines ipsi in propriam naturam iniqui sunt & se iungunt, intemperatisq; libidinibus, diurnis nocturnisq; commissationibus corpuscula hac per se tam invalida cœcutiunt, hosti januas pandunt, inimicitiesque illius appetunt. Ut si eleganter hoc *Seneca ad eata epistola* describitur. Medicina, inquiens, paucarum quondam tunc scientia herbarum, quibus histeretur fluxus sanguinis, vulnera coirent, vaulatim. Deinde in hanc pervenit tam multiplicem varietatem. Nec est mirum tunc illum minus negotii habuisse, firmis adhuc rationisque corporibus, & facilis cibo, nec per artem voluptatemq; corrupio. Qui postquam caput non ad tollendam, sed ad irritandam famem queri, inventæ sunt mille conditæ, quibus aviditas excitantur, qua desiderantibus alimenta erant, onera sunt plenis. Inde pallor & nervorum vino madentium tremor & miserabilior ex cruditatibus quam ex fame macies. Inde incerti labantum pedes, & semper qualis in ipsa ebrietate titubatio. Inde in totam cætem humor admissus, distentusque venter, dum male assescit plus capere quam poterat. Inde suffusio luridæ bilis & decolor vultus, tabesque in se putrescentium & retorti digitis atticulis obrigescientibus, nervorum sine sensu jacentium torpor aut palpitatio sine intermissione vibrantium &c. Unde maxima subest causa monendi, ut ab illis caveant abstineantque: depulsi autem & in labyrinthum hunc detrusi, ut etripiantur, tutum juvandi & ab injuriis memeratorum vindicandi opus est medium. Hoc autem nullibi nisi ex fontibus Medicinae ubetibus, & armario ejusdem locupletissimo hauriri & desumti potest. Hoc nobis expeditabit arma hostem illum infensum opprimendi, media statum ac conditionem nostram inculpete
con-

conservandi, remedia amissam restaurandi. Verum hæc armæ, media ac remedia quid possint ac valeant; facilitior negotio, & via investigare non possumus, nisi via ac modo placide disquisitionis & opinionum discrepantium mutua collatione. Idcirco nos hac vice, ex Decreto tamen & Autoritate Amplissimi Collegii Medici inclusæ hujus Academæ, affectum illum intestinorum haud postremum sevissum & hodie frequentissimum, Dolorem Colicæ scilicet, qui referente Plinio libr. 26. Histor. c. 1. Tiberii Cæsaris principatu primo ircepit, nec quicquam prior ipso Imperatore hoc fuit conflictatus, in manus sumere, ejusdemque naturam & essentiam, hæc qualicunque Disputatione comprehensam, publicæ ac placide Eruditorum Examinationi veritatis inquirendæ ergo sistere ac proponere decrevimus. DEUS Ter Opt. Max. divina sua gratia nobis adesse ac vires sufficientes gratosè largiri velit, ut hæc omnia prosperè succedant, cedantque in Divini sui nominis gloriam proximique Salutem.

Affectus, quæm præ manib[us] habemus, ut à nomine incipiamus, quia prius morborum appellations cognoscendæ sunt, nominis enim Ratio secundum Rondel. aliquam morborum imperfectam cognitionem & opinionem nobis suppeditat. Græcis vocatur Αγθετικὴ κωλυση, ὁδονῆ κωλυση, κωλυκὸν ἄλγησα. Quamvis vero vox græca Αγθετις sit vocabulum πόλυον, ita ut etiam Latinis significet Testamentum ut habet Lysias. Venditionem apud Iosocratem, dispensationem apud Antiphontem, Plutarchum in Lycurgo & Solone. Conditionem & mentionem apud Lucianum. Actionem apud Plutarch. in Galba Testationem apud Vitruvium libr. 1. c. 2. Hoc loco tamen & in foro medico significat affectum, affectionem, morbum &c. testimoniis Alexandro Aphrodiseo & Dioscoride lib. 1. & lib. 2. ubi jecinoris morbos vel jecinoris vitia vocat Αγθετικὴ ιπτυναι. Κωλυση autem deducunt nonnulli vel διπλὸν γκάλας quod Græcis membris & crassioris intestini partem & latius intestinum significat. vel à suo symptomate διπλὸν τρέμοντα κολάζεσθαι à torquendo, quod in eo siant tormenta colica, vel διπλὸν κωλύδιον prohibendo, retardando, quod ob varias cellulas feces in eo diutiùs retineantur.

morentur. Latinis appellatur colicus dolor, item Colica simpliciter, quandoque cum adjuncto Colica Passio. Plinio lib. 26. c. 1. Colum. Celsus de re medica c. 30. & libr. 4. c. 14. Dolor vel morbus Intestini plenioris. Nonnullis generaliter Chordion & Chordapson, sive intestinorum tormentum vocatur, quod non aliter quam chordæ intestina tendantur. Nam veteres, teste Aureliano lib. 3. c. 17. intestina chordas appellarunt. Germanis die Röslieke / oder das Leibwehe und Bauchgrümmen nuncupatur. Ex quibus omnibus laculenter appetat, affectum hunc denominationem suam à parte affecta intestino colo, quod hic oblasum est, accepisse, quam appellationem & nos retinemus & vocamus *Colicum dolorem*.

Sumitur generaliter & impropterè pro omni intestinorum dolore, ut habet Galenus l. 6. de loc. aff. c. 2. sape medicos consuevit nomine Colica passionis vehementissimos quosq; intestinorum dolores vocare. Et Alexander Trallianus libr. 10. c. 1. Iliacum & colicum dolorem conjungit, ileos enim ait, nihil aliud est quam colici affectus intentio & incrementum. Consule Plater. Prax. cap. 3. de ventris dolore. Specialiter & Propriè pro dolo re intestini coli tantum, in qua significatione à nobis hic accipitur.

Nomen & ejus acceptancem vidimus, accedamus ad essentiam necessum est. Hæc consistit in Definitione, quæ explicat quid res sit. Cum verò secundum Jctos, in Jure propter varietatem circumstantiarum, quæ in actionibus civilibus ocurrunt, omnis definitio sit periculosa; certè in nostra Medicina ob subitas & citas varietates circumstantiarum & morborum vicissitudines, successionesve, docente Hippocrate lib. 1. Epidem. Selt. 3. erunt periculosiores. Jam enim morbi superveniunt morbis, aut symptomata symptomatis: aut symptomatis morbi, aut morbis symptomata, ut habet Eruditissimus Heurinus in Comment. aph. Hipp. l. 6. Ut autem pericula hæc vitemus, diligenter observandæ sunt regulæ & leges de definitiōnibus præscriptæ & latæ. Imprimis illa quæ extat apud Aristotelem libr. 2. post. Anal. c. 13. §. 20. In definitione quia consti-tuenda totalis non partialis, nihil desit, nec etiam quid, quod intel.

intelligentiam impedit turbet & tollat supersit. Common-
dissimè itaque, et si diversæ & variæ apud diversos Autores oc-
currant definitiones, quas omnes in lucem proferre & adduce-
re, instituti nostri ratio vetat, hoc modo definiri posse nobis vi-
derur.

Dolor colicus est dolorifica sensatio intesti-
ni coli à rebus continuum solventibus ortum
habens.

Hæc definitio, quod affectus presentis natura & essentia
ad huc melius innotescat, eumque convenientibus præsidiiis è
corpo rægro propellere, & subiecto cui inhæret sanitatem
perfectam restituer possimus, diligenter examinanda venit.
Ubi præcipue perpendendum; inquam classem affectuum præ-
ter naturam, hic collocandus sit. Recensentur autem à Me-
dicis affectus p. n. tres; Unus in partibus corporis qui est Mor-
bus, alter in contentis, Morbi causa, tertius in functionibus &
accidentibus Symptoma. Cum itaque in hoc affectu secun-
dum definitionem nostram, actio aliqua, quæ est sensus sive
sensatio haud obscurè lèdatur, manifestum sit, illum in classem
Symptomatum actionum læsarum rejiciendum esse. Verum
ad quam speciem actionum læsarum controvertitur inter au-
tores. Nos quia actio non adeò offensa, ut penitus sit ablata;
sentit enim adhuc etiamsi præternaturaliter & cum tristitia,
nec ita imbecillis ut in stupore & torpore; cum Galeno libr.
de diff. Symp. cap. 3. & lib. meth. med. c. 8. ad depravatam actio-
nem referimus. Genus igitur est dolorifica Sensatio nihil
obstante, autore Galeno i. de cauf. sympt. c. 6. sive tristis, sive mo-
lestus, sive dolorificus, sive dolorosus, sicut nec an passio, an
molestia, dolor vel labor vocetur. Quod autores hisce no-
minibus promiscuè usi sunt.

Rationem Differentiæ induit locus affectus, hoc enim ab
aliis distinguitur. Etsi omnium intestinorum unus sit conti-
nuusque ductus; Anatomici tamen ea in aliquot partes, figurâ
magnitudine, substantiâ atque situ inter se differentes distinxerunt.
Primum quidem in gracilia tria, quæ & superiora &
tenuia

genuia dicuntur, Duodenum, Jejunum & Ileum; Deinde in totidem crassiora & humilia Cœcum s. monoculum, Colon, & Longanum s. Rectum. Hisce vestigiis insisteres ponimus hujus mali Subjectum sive locum affectionis Intestinum Colon, tam quoad amplam ejus cavitatem, quam quoad ejus membranas, cornosam interiore unam, nervosam exteriorem alteram ducente & docente Galeno 12. Meth. Med. c. 8. Est autem Colon juxta Anatomicos, intestinum crassorum secundum, amplius cæteris & latius. Valvulae obtinet, restagnantium excrementorum, flatuumque obstraculum & cellulis collectum plurimis, moram aliquam descendentibus fecibus necit. Incipit circa os Ilium dextrum ad renem ibidem, sursumque profectum cava jecotis subit, inde subter ventriculi fundum, supraque intestina tenuia, progreditur, lumen cavum transit, & ad renem sinistrum prolabitur. Et sic interveniente omento, ventriculi fundo, lumen, renique sinistro connectitur. Tandem circa os Ilium sinistrum peracto flexu, ad os sacrum desinit, rectiq; intestini principium adoritur. Vinculum secundum And Lanrent. lib. 2 c. 14. & Job. Vesling. Suntag. Anat. c. 7. de intestinis. habet proprium, cuius ope cellulæ, qua ad perfectam cremoris exsiccationem a natura constructæ, continentur. Hoc Jo-
hann. Riol. in Enchirid. anatom. libr. 2. c. 17. Appendiculam ca-
vam vocat. Ligamenta habet duo, quibus supernis & infer-
nis partibus conjungitur. Hinc apparet intestinum Colon
doloris esse capacissimum, tum quod sit pituitæ crudæ velut of-
ficina, nam licet in tenuibus pituita quoque re maneat, tamen
ob loci angustiam & venarum multitudinem facile coquitur,
in colic autem amplitudine, longitudine & anfractuositate mo-
rum trahit & in eo refrigeratur: tum quod flatum est rece-
ptaculum & ab infernis partibus aerem excipit.

Sequitur causa proxima & continens, Doloris colici. De causa doloris autem varia & diversæ passim apud Autores occurunt opiniones. Quidam enim solam intemperiem ut Aver-
roes 2. col. leff. c. 21. P. Poterius Cent. 2. Cur. 109. Alii solam solutionem continui, ut Hippoc. lib. de homine. Galenus 4. de simpl. med. facult. c. 2. nihil dolorem infert, ait, nisi idem con-

tinu-

tinuum solvat. Item 3. de fruct. tex. 34. Lib. 1. de sympt. caus. c. 6.
De vietis ratione in acut. tex. 5. & lib. 12. meth. med. c. 5. Celeb.
Sennertus Instit. lib. 2. part. 3. Sect. 2. c. 3. Pmxx. lib. 1. part. 3. Sect.
1. c. 2. lib. 3. part. 2. Sect. 2. c. 2. Alii utramque simul constituunt &
pro hac sententia allegant Gal. art. parv. c. 30. Lib. 12. Meth. Med.
c. 7. & lib. de ineqauli intemp. c. 4. Nos omissa variorum Auto-
rum opinionum enucleatione, sepositaque ardua hanc contro-
versiam, quae singularem meretur Disputationem, statuimus cau-
sam Proximam & immediatam Doloris colici esse Continui So-
lutionem, & quidem non quatenus in facto esse sed in ipso fieri
essentiam suam positam habet, sive quae non est lenta, sed vio-
lenta & cum imperu conjuncta. uti ex Platone in Timo. anno-
tat Galenus i. sympt. caus. cap. 6. in hac sententia: Quod præter
naturam est & violenter ac repente nos afficit, doloris causa est.
Et hoc declarari potest sequentibus verbis loci citati, ubi docet:
omnibus sensibus commune esse; quod infestans passio ex
secrecione & divisione continui unitique corporis tunc excite-
tur, cum ea universa seu magnis portionibus & celeriter inci-
dit. Ulterius hoc probatum dare possumus: ratione sym-
ptomatis. Omne enim symptoma propriè sic dictum à morbo
aliquo dependet. Notum autem est tria esse morborum sum-
ma genera Partium similarium Intemperiem: (quibus ex ne-
cessitate superaddendi sunt morbi occultarum qualitatum, seu
totius substantia, qui spiritum insitum caloremque coelestem
(ut cum Fernelio loquamus) peculiari quadam malignitate
oppugnant.) Secundum Dissimilarium partium, Malam com-
positionem; Tertium quod utrisque commune, continua
solutionem. Ex quibus ultimum, exclusis prioribus, prima.
riò & propriè proposito affectui competit.

Sqvuntur Causæ Remota & antecedentes, quas melioris
perspicuitatis & ordinis gratia, in duas classes distingvere lu-
bet. Inque primam classem ponamus eas quae continuum
solvunt vel distendendo, vel rodendo vel mordendo: In alte-
ram quae hisce occasionem præbent, ut est intestinorum angu-
stia, quae fit ab obstructione, constipatione & compressione &
subsidentia. Quae distendendo rodendo & mordendo continuum

solvunt, peccant, vel Quantitate, vel Qualitate, vel totâ substantiâ. Ratione Quantitatis, primo occurrit Humor si rigidus & viscidus magna copia congesitus, imprimis pituita vitrea, quam Hollerius de morib. intern. lib. i.c. 15. albumineam vocat. Hæc ob nimium lentorem coli intestini tunicis adhærescit (cum secundum Sennertum Prax. lib. 3. part. 2. Sect. 2. cap. 2. incredibile sit, Dolorem à quo perforari quasi intestina videntur, excitari tantum à pituita, intus cavitati intestinorum adhærente, ea que refrigerante) & dolores acerbissimos excitat, & quia glutinosa veluti abradit intestina, ita ut terebrari videantur. Hujus pituitæ sævissimos dolores & cruciatus expertus est ipse Galenus, qui cum, ut refert Sennertus Inst. lib. 2. part. 2. S. 2. cap. 5. dolorem pateretur vehementissimum, ut videretur insimo ventre terebra perforari putaretq; in altero ureterum lapidem impactum, injecto oleo rutaceo, excrevit humorem hunc vitreum appellatum frigidissimum, evacuatoque humore dolor cessavit. Originem suam habere solet à crâpulâ & ocio, & in iis quibus bilis, quæ expultricis stimulus est, ad ea loco non defluit, colligitur, & habet hoc peculiare, quod flatus ferè illi conjuncti sint. Ubi enim ad quantitatem notatu dignam pervenierit, vel ob partis diminutum calorem, vel ab externa aliqua occasione, quæ sive calefaciat, sive refrigeret, sive quocunque modo moveat, flatus excitat. Unzerus de sulph. sect. 2. ad. fift. 3. axiom. 2. Vocat hunc humorum Tartareum, qui ob Spiritus suos salinos intestini tunicas, perforantis instar terebelli se infigendo, vellicat ac dilacerat, unde dolor fixus acerbèque excretians oriatur, quem plerumque nausea & pituitæ vomitio sequitur.

Flatus, qui sæpe cum magna excrementorum copia in intestinis vel eorum tunicis colliguntur & cumulantur, & neque sursum neque deorsum erumpere possunt, distendendo ac divellendo immanes dolores inducunt. Generantur verò ob caloris nativi infirmitatem & humoris aut pituitosi aut Melancholici abundantiam, & eorundem resolutionem. Lenta enim & frigida materia, quando calor non admodum intensus eam aggreditur, & viribus suis ipsam non discutere ac Dominium obti-

obtinere potest, in flatus resolytur. Quemadmodum in externis rebus frigidissima aeris constitutio, maximè spirante Boreâ, aerem sereniorum reddit: & calidissima ambientem nos aerem purum efficit; Media vero constitutio nebulas parit. Ita in animantibus quoque accidit, neque enim calor per extremam imbecillitatem, neque cum vehementes ei vires sunt, sed cum medium inter has affectiones obtinet, flatus gignere solet. Hinc in febris quartanis frequentia tormenta, itidemque in aliarum febrium intermittentium paroxysmis: quæ tamen invalescente sub vigorem calore, mitescunt. In universalis etiam intermittentium declinatione, torsiones assidue, quando calor remissior agit in reliquias expugnati morbi. Carterum flatus non tantum in intestinis generantur, verum etiam ab alijs corporis partibus communicantur, utpote yitio lienis, quando sanguinem à melancholico humore non satis expurgat: ita quoque yitio Epatis vel ventriculi, cum ille ob imbecillitatem quandam assument cibum non amplexatur, nec continet, flatus multi ob malam & imperfectam concoctionem exsurgunt. Posse autem flatus distendendo solutionem continui efficere, non solum Galenus Meth. med. 12. clare docet. Eiusmodi sanè affectus, inquiens, iis qui se cibis natura frigidis & consistentia crassis ac glutinosis refererunt, quando in ipsis intestinorum tunicis flatuosus spiritus continetur, potissimum incidit. Nam cum haec duplices sint, ubi medio earum spatio ejusmodi collectus humor est, in flatulentum mutatur spiritum. Sanè is & crassis & tardi motus & frigidus est. Ubi igitur retinetur, tum tunicas distendit, tum humor unde oriatur, intestini partes quas contingit, vehementer refrigerat, duplique occasione affliguntur, qui sic laborant. Quibus verbis haud dubie manifestum est, flatus sua frigiditate non in oddo intemperiem, sed unitatis solutionem proferre posse. Cum enim dupli occassione dolore eos, qui sic laborant, tunicasq; cum rerinentur distendi, asserat, necessariò sequitur: unitatis solutionem non posse abesse, cum distensio sine dilaceratione fieri haud possit. Verum etiam Fernelius de morb. & sympt. l. 6. cap. 10. scribit: se non paucos dissectione animadvertisse, qui-

bus ob status dilatatum colon intestinum brachii amplitudinem adæquavit. *Henricus Petrus* Dissert. Harmon. 29. tb. 14. att, se vidisse puerulum quendam semestrem in suburbio Weitenhusano, cui venter stupendum in modum intumuerit, ita ut vix cutis osibus hærere potuisset, cum fævissimis continuisq; torsionibus ac cruciatibus, cuius distensionis causa post aperturam nulla alia fuit, qvam solum Colon flatibus distentum, ventriculo & reliqvis intestinis vacuis. Sic *Henricus ab Heer* in suis observationibus medicis oppidò maris de quodam Jcto ebrioso scribit, cui intestinum Colon non solum inflamatum, verum etiam immiane quantum tensum fuit, & adeo cætera intestina presit, ut alvo omnimodè suppressa, fato suo fungi coactus fuerit. Similes observationes vide apud *Schenkium observ. medicinal. lib. 3.*

Inflammatio intestini coli non infrequentiter distendendo & fecibus alvi ac flatibus viam precludendo, doloris ejus causa existit, pars enim aliquā inflammata undique sanguine repletur & turget, unde tensio sequitur qvā postea continuas solvit. Inflammationis autem hujus causa provenit, à sanguine qui ē venis mesaraicis in intestini substantiam abegw̄ & confertim influit, & vel aliunde transmittitur, vel ab ipsa parte atrahitur ob calorem vel dolorem. Deinde aut solum ut in inflammatione legitima, aut cum aliis humoribus permixtus, ut in inflammatione notha, affluit. Frequentius ob dolorem gravem, nonnunquam etiam ob lœsionem intestinorum, utpote à vulnera aut contusione, qvæ potius ad externas causas pertinent. Consule *Felic. Platerum Prax. tom. 2. c. 13. de Ventrī dolore*; *Forest. observ. lib. 21. obs. II. Sennert. Prax. lib. 3. part. 2. S. 2. c. 2.*

Ratione Qualitatis continuum solvit. *Humor acris vellicans & bilioſus*; quando nimirum bilis non in excrementa in intestinis retenta, sed in illorum tunicas fese inserit, vellicit, rodit ac urit. Unde hic dolor plerumque conjunctus est cum ardore, interno siti, ac vigilia. Provenit autem hæc bilis interdum à vesicula fellis, plerumque tamen ex chylo vitioso. Hæc enim ex succo copiosius qvam pars est generata, in venis mesaraicis sanguini adhuc confusa, nec ab eo propter illius copiam vel

vel obstrunctiones, sufficienter in vesiculam repurgata, redun-
dat, per ramos venarum mesentericarum intestina amplexatur,
illorum substantiae uti dictum, infunditur, illicque subsistens,
dolores hosce graves parit... Nonnunquam retinetur etiam
post morbum biliosum, ut in letero & febribus: quando nimi-
sum febrilis causa in venis mesentericis contenta, nec per Paro-
xysmos febriles penitus absimta, ad intestinorum fibras deri-
vatur. Ut prolixius hac de re agit Felix Platerus, de febribus.

Deinde *Humor Melancholicus sive Scorbuticus* vel à Liene
vel ab universo corpore ad ventriculum & intestina transmit-
titur. Qui, ubi partem aliquam insederit, agrè cedit, nec faci-
lè, ut simplex bilis mobilis, locum mutat, sed pertinaciter unī
loco inhæscens, dolores rodentes, mordentesq; excitat, do-
nec deturbetur, aut alioquin obtundatur & mitigetur. Hic
enim humor inquit *Celebi Sennertus Instit. lib. 2. part. 2. c. 8.* longè
pessimus est, ita quidem, ut si super terram effundatur velut fer-
mentationem ebullitionemq; excitat, & tam pravus est, ut
nullum animal eum gustet. Et *Cl. Horstius ex Mercurial. 5.*
præt. c. u. dicit: quod sit facultatibus naturalibus maximè ad-
versus. De via transmissionis non est, quod simus multum so-
liciti, siquidem præter manifestas meatus, Natura etiam, quia
corpus nostrum alias transpirabile, facilè yiam invenit, etiam
inter loca longè multumq; distantia, & solent plerumq; par-
tes nobiles & visceræ nobilia via sua & errata ad partes igno-
biles imbecilles atq; ignavas, in qvorum numero & intestina
sunt, derivare & transponere. Hujus doloris colici exemplum
& observationem habet celeberrimus *Forestus, libro observa-*
tioni allegato obs. 10. ubi in Scholio addit: quamvis colica ex
humore melancholico rariùs contingat: & ideo Medici, præ-
sertim Graci, de eo non faciunt mentionem. Neoterici, ut
Arculanus scribit, melancholicam colicam, & fieri & curari
putant iisdem præsidii qvibus pituitosa curatur: præter
hoc, quod evacuantia & digerentia debent esse melancholiæ
propria, & carminantia ob ventositatem vehementiora; quia
hæc ventositas est crassior ac deterior. Huc pertinet virulen-
tia venerea, qvatenus calida & acris, venena, materia putri-
da &c.

da &c. unde oritur Colica Epidemia & contagiosa. Qualis
Ann. 1621. uti ejus meminit *Sennertus loc. al.* inequate vere, in
Ducatu Techinensi graffata est. Sic colica pestilentis meminit
Zacutus Lusitanus de PP. Med. Hist. lib. 2. hisp. 89.

Seqvuntur, quæ Tota Substantia peccant & tam distenden-
do & rodendo qvam mordendo dolorem excitant, ex illorum-
qve censu primo occurruunt calculi in intestino colo generati.
Qyamvis secundum *Galenum lib. 6. de loc. aff. c. 2.* Calculi raro
generentur in Intestinis; hos tamen in illis digni posse expe-
rientia & observatione clarissimorum Medicorum sufficien-
tissimè probant. Ita testatur *Capivaccius* l. a. se vidisse calcu-
lum, ad magnitudinem ovi gallinacei, ab Excellentissimo Fri-
simelica, dolori colico obnoxio, excretum. Sic scribit *Mar-
cellus Donatus* libr. 4. c. 30. Scribam Comitis Marci Taurelli in
colico dolore lapidem ad ovi gellinacei magnitudinem excre-
visse. *Salinus* generationem calculatorum in intestinis prius sibi
persuaderi non potuit, donec experientia edocetus fuerit. Ut
hoc de seipso annotat. 73. fatetur. Me, inquit, experientia do-
cuit, colicum dolorem causari à lapide in intestinis genito, à
quo novi hominem adeò excruciatum, cum nullo remediorum
genere leniretur dolor, ut propè mortem experturus esset, nisi
spontè excretus lapis morbum solvisset. *Schenkius* in suis obser-
vationibus medicinalibus lib. 3. ex *Johanne Mattheo de Gradibus*
hæc refert: Lapis qvandoqve generatur in intestinis, qui fit
causa colicæ, oppilando & adducendo dolorem, vel se exten-
dendo & solvendo continuum, vel prohibendo exitum yento-
statis. Et ego, pergit, casum yidi mirabilem, in uxore Domini
Antonii de coenobis Papia, in colica clamosa, quæ non pote-
rat aliquo ingenio curari: & tandem natura cum lenitivis,
per sursum & deorsum immisis, emisit tres lapides magnos &
durissimos, qvorum qilibet fuit quantitatis unius ovi gallinæ.
Generatur autem calculus omnibus consentientibus Medicis,
ex materia crassa & viscida, vel ut alii accuratiores sentiunt, fe-
culenta, terrea, limosa & lutosa, si falso, lapidescenti, conge-
lativo, tarrareo vel qvocunqve modo appellare libeat, succo
permisceatur & falsus is ac lapidescens succus terrestrem mate-
riam

riam compingat ac quasi ferruminet. Et hæc materia æquæ
in intestinis vigere potest, & tam meatuum latitudo quam eo-
rum angustia ad calculorum concretionem occasionem præ-
bent. Si enim meatus non satis pateant, atque materia fecu-
lenta in intestina admissa, non facile exitum inveniat, inibi hæ-
ret & proptèr illam morari concrevit & in lapidem vertitur.
Eruditè quoque hac dñe disserit *Mercurialis lib. 2. c. 20. varia-
rum lectionum*. Quod Galenus, inquit, in i. & 6. de locis af-
fectis negavit se vidisse, ut etiam in intestinis hominum perin-
de ac in vesicis lapides gigantur, id minimè mirandum putari
debet: quando & nos & alii topheas materias ex intestinis
& aliis corporis partibus non sine stupore extractas inspexi-
mus. Qvōd neque admiratione ullā dignum videbitur, si qvi-
bus causis rēnes & vesica humores in lapideam compagem ver-
tunt, alunt & augent, iisdem alias quoque partes illud efficere
posse consideremus.

Deinde occurruunt *Vermes* qui ventrem & intestina mor-
dent & pungunt adeò acerbè & pertinaciter ut ventrem & in-
testina perforaverint. Ex quibus patet, Passionem colicam be-
nè posse causari ex vermis in intestino colo. Hinc *Avicenna*
dixit: *Colicum dolorem fieri, dum plurimi vermes congregan-
tur.* *Gwilhelmus Fabricius in cent. i. obs. 57.* exemplum habet
de puerâ 17. annos nata, qvæ gravisimis doloribus colicis ve-
xata fuit cum febre continua & syncope; qvæ adhibitis me-
dicamentis, globulum vermium pugni magnitudine, ultra se-
ptuaginta lumbricos adeò intricatos & conglomeratos comple-
ctentem, ut separari vix potuerint, alvum exonerando ex-
crevit.

Præter has enumeratas causas dantur & aliae quæ antecé-
dentibus occasione n præbent, qvarum præcipua est: *Angustia
Intestini Coli*, qvæ vetat, qvò minus humores peccantes & fla-
tus erumpere possunt. Oritur autem vel ab obstruzione, qvæ
fit vel à multa copia materia pituitosa & crassa, qvæ sensim co-
pior collecta, firmiusqve intestinis adhæscens, omnem eo-
rum capacitatem replet. Gignitur vero hæc supervacanea pi-
tuita, in cerebro, in ventriculo & in intestinis, in cerebro qvi-
dem

dem tenuis & aquosa, in his verò crassa atque lenta, quæ propri-
tate est ventriculi & intestinorum excrementum. Hujus ob-
stinationis exemplum habet Fernelius lib. 6. Pathol. cap. 9. refert
enim de quodam, qui gravissimo dolore colico conflictatus
fuit, qui alvum proflus cohibuit ut nihil omnino fecis in illam
delabi lineret, qui tandem ventre supra modum intumescente,
discessit è vivis, cuius corpus postea apertum, in illo intestinum
Colon adeò pituita concreta infarctum inventum est, ut soli-
dum proflus censeretur. Gregorius Horstius Epist. Medic. Sect. 14,
meminit cujusdam nobilis, qui miserè dolore colico excrucia-
tus fuit ob phlegma infarctibus ac plicis intestinorum adhæ-
rens, obstructione inque causans. *Vel à fecibus ressecatis & ob-*
duratis, quæ in intestinorum anfractibus reconditæ, exturbari
sunt possunt. Et hoc sit, si tardè descendunt, aut quando hono-
ris causa, aut negotiis publicis aliisve occupationibus coerci-
tæ, sursum remeant. Huc conferunt Symbolum suum: habi-
tas totius corporis ob intemperiem calidam, rarus. Immoder-
ata vis attractrix membrorum ut sit in convalescentibus & fe-
bribus, in quibus humiditates absuntur. Hepatis, mele-
raicarum & vicinarum partium immoderata caliditas, & inte-
stinorum siccitas, vi cuius fecalis humiditas evocatur. Aer
calidus astivus, immoderatus motus corporis vel animi, co-
piosæ & nimiae evacuationes per urinam & sudorem: cibi assi-
solidi, siccantes, medicamenta siccata exhibita, vel extrinsecus
applicata, potus exiguis & siccans. Uno verbo si feces non
stimulant, vel intestina stimulum non sentiunt, vel eorum fa-
cultas expultrix laesa est, vel abdominis musculi ejus expulsi-
oni non succurrunt. Ut hæc compendiosè tractat celeberrimus
Foresterus l. saepius a. Fit, inquiens, dolor colicus à stercore in
ipsis intestinis remorante, si vis expellendi infirma fuerit vel
medicamento aliquo torpida redditæ, aut ventris muscularis, aut
precordiis percussis vel frigore offendit. Observandum autem
hic non statim quamlibet obstructionem aut flatuum & fecum
retentionem ad colicæ generationem sufficere, sed plerumque
reqviri insuper, prærudite monet Sennertus, singularem quam-
placitam levitatem fermentacionis & flatuositatem. Experi-
entia

tia enim & observationes Medicorum docent: quod quidam reperi fucrint, qui per spatum 9, 12, imo 25, dierum, nihil per alvum exereverint, & tamen sani hominis muniis perfundet fuerint, ut de Braslavolo narrat Sennertus. Contra licet alvus sit aperta, & frequenter, quam par est excrenat, tamen praesentibus humoribus biliosis, pituitosis ac flatuosis Colica generari potest.

Reliquæ causæ Angustiæ sunt *Constipatio* & *Compressio*, quæ sunt, quando intestinum Colon aut vicinæ partes, au- lien, renes, pars sima jecoris tumore aliquo afficiuntur ac corripiuntur, qui quantum major est, tanto majorem causat angustiam, hujus farinx sunt: Inflammatio, Cancer, Scirrhos, qui intestinum Colon pressu coangustant, fecibusque & humoribus peccantibus exitum prohibent. Hoc observatum est ab Hollerio lib. 5. de morib. intern. in Medicis quodam & Advocato, cui Colum qua parte vicinum est reni sinistro, collecta veluti cartilagine dura in Scirrum obduruerat, interiore cavitate eo tumore intercepta, ut nihil transcurseret. Itaque neque clysteribus, neque medicamentis juvabatur etiam fortibus. Parte extra Colum ad instar vesicæ magnæ dilatatum & extensum, medicamentis & potionibus plenum. Superjecti viciniqve musculi abdominis & peritonæum saniosa. Post longa & multorum annorum tormenta, sexto a quo decubuit die mortuus est. Freqvens admodum est tumor uteri. Obiecti autem nobis hic aliquis posset: quomodo uterus potest esse causa retentionis fecum, cum tamen ab Autoribus pasim doceatur, uterus esse potius in causa ut feces & urina contineri non possint. Verum distinguendum inter tumorem uteri, qui paulatim insurgit, & intestinorum situm paulatim mutat, & inter tumorem, qui sit confessum & cum impetu conjunctus est. Uterus interdum est in causa, ut feces & urina retineantur, dum scilicet intestina inferiora & vesicæ Collum premit, quod tum in ejus descensu & prolapsu, tum in ejus tumoribus præter naturam fieri solet: nonnunquam vero in causa est, ut feces & urina non contineri possint, dum videlicet intestina superiora & vesicæ fundum ab

eo comprimuntur, qvod potissimum in utero gerentibus in ultimo mense & adventante partu contingere solet.

Restat *Subsidentia*, qvæ oritur quando intestina naturalem situm mutant, qvod contingit vel ob flatus intestina contractantes, vel qvia intestinorum ligamenta aut peritonæum disrumpuntur; unde intestina modo intet peritonæum & abdomen & præsertim in ingvina & scrotūm descendunt. Ex omnibus autem intestinis Ileon in quo semper chylus continetur, vel cœcum procidit. Nam rectum in anum cum relaxatur, descendit. Colon alligatum est renibus & altius ascendit ad Ventriculum, Jejunum & tenuia intestina sublimiora sunt. De Duodeno nulla subest dubitatio. Proinde duplex est intestinorum prolapsus, intestini Cœci & Ilei. Hoc quoniam est lubricum & à reliquo sejunctum atque separatum, facile prolabitur in dextram scroti partem, laxato vel rupto peritonæo ut habet Galenus ad aph. 3. S. 4. lib. 6. Epid. Illud in sinistram scroti partem nonnunquam prolabitur & vel solum vel cum peritonæo. Quantis fieri potest, ut cum Ileon in latus finistrum primum illapsum fuerit, postea quoque dextrum occupet, totumque scrotum distendat. Epiploon autem sive Peritonæum in utramque scroti latus delabi potest. Et hæc malitia à violenta causa, ut ab iectu vel casu ab alto in ventrem, à violenta & magna vociferatione, vel alia violenta occasione originem ducunt. de quibus prolixius agit Paræus lib. 16. c. 58.

Ad causas Remotas propéramus, qvæ Antecedentes vel generant, vel in intestinis accumulant, vel sopitas excitant, fovent ac cōmittenent. Et hæc nobis suppeditant.

I. *Res secundum naturam*, ubi primas tenet *Habitus corporis* huic vel illi humori cumulando accommodantur. Magna viscerum interiorum intemperies; ut ventriculus frigidus, jecur calidius. ob frigiditatem enim chylus non satis elaboratur atque inde crudus ad epar & corporis habitum deferatur. Ob caliditatem vero hepatis magnus in corpore fit bilis proventus. Vesiculae biliariae vel cholidochi obstrucțio. Huc pertinet naturalis intestinorum constitutio: Intestina enim quatenus excipiendis totius corporis excrementis à natura ordinata

đinata & destinata sunt, qvæ etiam benè constituto corpore
qvotidiè per illa evacuantur.: deinde qvatenuſ variis circum-
volutionibus prædita ipsumqe intestinum Colum multis an-
fractibus & cellulis distinctum est; eatenus non modo facilè
qvivis eo se humores insinuant, sed etiam cum labore & diffi-
cultur expelluntur. Aetas hic ob diversas causas certò defini-
xi non potest. Secundum Hippocratem enim, qvatuoſ iſtis hu-
moribus qvatuoſ hominum ætates, qvatuoſ anni tempora pro-
portione respondere debent, augeriq; & minui humores iſtos
secundum mutationem & ætatum & temporum. Hinc dubio
procul in causa calida & biliosa magis colicæ obnoxii erunt Ju-
venes in æstate qvæ viventes, qvæ ambæ calidæ & siccæ tem-
peraturæ sunt & in illis magis bilis generatur & augetur. In
causa frigida vero & pituitosa, ii magis qvi in decreſcente æta-
te & autumno vivunt, ibi enim ob temperaturam frigidam &
sicciam, humor melancholicus & pituita augmentur, omnium &
oportuniſſimi ſunt qui in ultima ætate h. e. in ſenio & hyeme
degunt, cum ambo in frigiditate & humiditate ſibi responde-
ant, ubi maximè pituita augetur. Sexus uterque tam foemi-
ninus quam masculinus dolori colico & ratione ſubiecti & ra-
tione cauſarum æqvæ eſt obnoxious. Interim tam eniſi, qvia
mulieres, per menstrua, tanquam proprium purgatorium atq;
Emiſſarium ſuperfluitates & pravos humores purgare ſolent,
neque crupulæ ac ingluyciæ que deditæ ſint ac viri, magis af-
fligit.

II. Res non naturales. Aer, qvi qualitatib⁹ ſuis, pro va-
ria anni conſtitutione in corpore noſtro varia mutationes ex-
citat. Aer, inquit Hippocrates, in omnibus, qvæ corpori acci-
idunt autore ſi & Dominus. Qualis enim aer, talis Spiritus:
quales spiritus, tales humores: quales humores, tales partes
solidæ & totum corpus. Nocet autem in noſtro affectu, aer
impensè frigidus & crassus, intestina comprimens, caloremq; ve
nativum enervans, undē eo debilitato, coctio labefactatur.,
flatuſ & crassi humores generantur, intestina coarctantur, cor-
rugantur & obſtruuntur. Ad hæc faciunt corporis denuda-
tio, ut ſi qvis ventrem non ſatis muniat, aut pedes frigore affi-

siantur, sic refert *Exercitatisimus Forestus* de seipso: se ex fri-
gore pedum in gravissimum & penè intolerabilem colicum do-
lorem incidisse, adeò, ut ex eo ferè deliqvium animi incurrit.
Si quis diutius saxo insidieat, aut loco aliquo moretur ventis
pervio. Deinde nocet qvoque aer nimis calidus feces & inte-
stina desiccans, obstructionibusqve occasionem præbens. Huc
pertinet aer singulari qvodam miasmate infectus undè colic-
æ Epidemiac & contagiosæ; Testantibus *Aegineta libr. 3. de re
med. c. 43* *Zacuto Lusit. de PP. hist. lib. 2. Hist. 89.* *Sennertol. supra
cit.* Cibus qualitate peccans, ut sunt crudi, crassæ, stiptici, fa-
cile corruptibiles; acres, flatulentæ, vel pravos succos naturæ
corruptione generantes, ut sunt angvilla reliquaqve pinguis
& mucosa, fabæ, pisa, lentes, cépæ, fungi, siliquæ, uvæ, cùcub-
bitæ, pepones, melones, nasturtium, sinapi, piper &c. omnes-
qve fructus horarii. Vel esculenta siceiora acerba, & adstringen-
tia alvum difficultorem reddentia. *Amatus Lusitanus curat.
medic. cent 2. curat. 20.* de Hebrais & Judæis scribit: illos sèpis-
simè & freqventer, qvòd melanocholieis & flatuosis, ac actu fri-
gidis vescantur cibariis: à qvibus humor gignat qvidam fri-
gidus flatuosus, colicas affectiones plerumqve producere na-
tus, in colicum affectum incidere. Potus. Imprimis aqua
frigida & crassa, cerevisia male cocta, recens, crassa ac feulen-
ta. Vina immatura, austera, adstringentia. item fortia, sulphu-
rata, nitrosa, tartarea. Sic refert *Felix Platerus practicus verè
felix de Adolescenti* qvodam nobili, qui ex inordinata viectus
ratione & nimio potu vini Muscati Narbonensis primùm car-
dialgiæ, mox colico dolore laboravit. Potus gelidus præser-
tim glacie refrigeratus, qualis per astatem in Moravia & Bohe-
mia notante *Eustachio Rudio*, in delitiis habetur. Potus item
ex fructibus, pyris, pomis. Venena, medicamenta cathartica,
vel imbecilliora; qvæ materiam commovent qvidem, sed
non exturbant, vel nimis vehementia, qvæ humores concitant
effrenatiū. Hoc observavit Forestus in adolescente qvodam,
qui, postqvam illi Chirurgus qvidam in torminibus intestino-
rum purgans medicamentum acre & satis venenosum exhibue-
rit, à torminibus exinde causatis, in colicum dolorem crude-
liss.

lissimum prolapsus fuit. Et Galenus lib. 12. c. 7. M. M. historiam habet cuiusdam, qui post assumptum scammoneum dolorebus colicis per intervalla tentatus fuit. Et haec omnia ad producendum hunc affectum valentiora sunt, si in magna copia & praepostero ordine assumentur, ut sit in crapulis & compotationibus nocturnis. A Spiritu enim, ut habet Doct. Heurn. in aph. Hip. 4. 5. 6. 1. 3. & Dieta omnia morborum genera.

Motus intempestivus, immediatè ante cibum aut statim à cibo, concoctione primâ inchoata & nondum absoluta, suscepitus. Ex tali enim motu crudi humores in viscera & habitum corporis deducuntur, cum cibis distribuantur antequam sit coctus. *Sennert. Instit. lib 2 p. 2. c. 2.* Quies nimia, vita deses ac otiosa, consuetæ exercitationis omissione, quod corpus excrementis, quæ non discutuntur impleant, calorem nativum obtundant, & coctionem & digestionem impediunt, non ultimæ hujus affectus sunt causæ.

Somnus & *vigilia* eodem modo peccant ac illorum eadem est ratio. Si nimis docente Hippocrate 2. aph. 3. modum excesserint, nec justo tempore ineantur & tunc vel humores augendo, vel eorum resolutionem impediendo, vel etiam spiritus & humores agitando hunc affectum producere solent. de quibus quid prolixior explicationem desiderat Sennertum loc. all. Nos enim de illis hoc loco curiosiores esse nolumus, cum euivis ex dictis in promptu esse possint.

Excreta & *Retenta* præ reliquis ferè omnibus primas hic tenent, cum nonnulli in ea sint sententia, quod dolor colicus nunquam absque fecum retentione existat, quod tamen contrariatur Experiencie & observationibus gravissimorum autrum. Nimia igitur evacuatio humorum utilium spiritus dissipat & calorem nativum consumit. Diurna retentio excretorum, quantum ad producendum hunc affectum conferat, ex supra dictis de fecibus induratis clarum est. *Animi* deniq; *Pathemata* frequentia impetu sanguinem & spiritus ad interiora revocando vel ad exteriora expellendo, non ultimæ quoq; hujus doloris existunt causæ. Tandem his quoq; adnumeramus

ea quæ extrinsecus obveniunt, ut casus, lapsus ex alto percus-
siones & vulnera muscularis & praecordiis inficta.

Et hoc usq; de Doloris Colici essentia & causis. Seqvan-
tur Differentiae, quæ desumenda sunt à genere seu doloris for-
ma, ejus subiecto seu loco affecto & tandem ab efficientibus
causis.

Ratione Generis seu Formæ: Dolor Colicus 1. secundum
proprietatem intestini colic & quatenus membranosum est, aliis
est pungitivus & extensivus, propter ipsius cavitatem, aliis
punctorius & perforatus, vehementissimi enim, dolores, in-
qvit, *Trincavellius lib. 9. c. 8.* qui similes sunt ac si locus terebello
perforaretur, aut si palus infixus esset & alii vehementissimi
praelertim ad intestina crassa pertinent. Et talis fuit Galeni
supra allegatus. 2. Secundum majus & minus. aliis est remis-
sior, aliis intensior, pro ratione scil. causarum, nam prout cau-
sa est acrior & mordacior, eò intestina magis rodit & vellicat,
ita etiam ut nonnulli referente ex *Galeni l. 2. comp. med. cap. 1.* Sen-
nerto eum perferrre non valentes, necem sibiipsis intulerint.
Meminit etiam intensissimi doloris colici *Amatus Lusitanus*
Cent. 1. Cur. 2. quo uxor qvædam Belgæ vehementissime afflita
fuit, *Forestus* quoque mentionem facit alterius mulieris, quæ
multis noctibus atque diebus pærehementiori dolore dormi-
re non potuit. 3. Secundum durationem aliis est invetera-
tus aliis recens. Ita *Prætor* qvidam Leydanus, observatore Fo-
resto, per totum mensem, Januarium, Februarium & Martium
dolore colico & perpetuo cruciatu, vigiliisque miserè crucia-
tus fuit, nec ullis remediosis tam anodynis quam stupefacienti-
bus dolor mitigari potuit. 4. Secundum Motum. Alius est
continuus & sine intermissione, aliis periodicus & per inter-
valla affligens, qualis fuit ille quem curavit. *Amatus Lusitanus*
in viro qvodam honorato *Cent. 7. cur. 22.* & *Forestus* *observ. 10.*
qui plusquam quinqvies, tam noctu quam die in idem malum
relabens, tandem unico clystere fuit curatus. 5. Secundum
Accidentia. Alius est solitarius, aliis cum symptomatis &
aliis affectibus conjunctus. Dolorem colicum cum Cardial-
gia observavit *Platerus lib. 2. obseru.* item cum vomitu & ardo-
re

et ventriculi ibid. Cum Isteritia & Cachexia Scholzius conf.
170: Cum Paralyssi Horstius obser. de morbis viscer. Concoct. Scholz.
conf. 71: Cum dolore ventriculi & diarrhæa Montanus conf. 207.
Cum atrophia; Arthridide, scabie, calculo, calore febri &
palpitatione cordis Balthas. Brunerus Conf. 73. Cum sterilitate
& stupore duorum digitorum Trincavel. lib. 3. conf. 53. cum cho-
lera complicata Amatus Lustanius cent. 3. cur. 3. cum tumore haem-
orrhoidum & Perinei Trincavel. lib. 3. conf. 54. Cum Hernia &
Enterocèle Platerus obser. lib. 2. Forst. obser. 14. Hollerius de morbi in-
tern. lib. i. cum pestilentia & contagio Zaccetus Lustanius loco su-
pra allegato de quo etiam Avicenna lib. 3. f. 16. fr. 2. c. 6. sic scri-
bit: quandoque accidunt Colica & Ileos secundum semitam
agrititudinum pestientialium provenientiam, & perveniunt e
regione in regionem & de homine ad hominem.

Ratione Subjecti aliis est verus in intestino colo sedem su-
am habens, de quo hoc loco nos agimus: aliis nothus, vel in
peritoneo, vel in membranis, quæ abdomini ventrisque parti-
bus obtenduntur, residens. Alius totalis & totum Colon, aliis
partialis & ejus tantum latus occupans. Alius in capacitatem
intestini, aliis inter tunicas ejusdem, ut supra innuimus, stabu-
lans. Alius secundum Thullanum per æquum, aliis per
œcum, estque vel vitio totius qualis in febribus saepius ac-
cedit, vel Partis, ut ventriculi, Epatis, lienis, renum, vesicæ, u-
teri &c.

Ratione Causarum non admodum difficile erit has diffe-
rentias eruere, si modo paululum retrospiciamus inveniemus,
quod aliis, erit à frigido & crasso, aliis à calido & acri humo-
re; aliis ab inflammatione aliis à flatibus: Alius à calculo,
alius à vermicibus: aliis à fecibus exsiccatis duris & retentis,
alius ab obstructione, aliis à compressione, aliis denique à
subsidentia.

Si unquam Methodo medendi notitia signorum præmit-
tenda necessarium, certè in praesenti nostro affectu, ob signa
varia quæ cum aliis communia habere videtur, & quæ etiam
multos eruditos, inq. Galenum ipsum decepterunt, summè ne-
cessarium & utile erit. Quamvis autem variae & multiplices
sint

Int signorum species & differentiae, nos tamen amicæ brevi-
tatis studio duas tantum ponemus: *Diagnosica* scil. qvæ nobis
affectum ipsum demonstrant, (hisce includemus distinctiva
qvæ nostrum affectum ab affinibus & cognatis distingunt) Et
Prognostica qvæ, qvid in futurum sperandum vel metuendum,
ostendunt.

Diagnosica dividere luet cum Cel. Sennerto in commu-
nia, qvæ in pluribus & diversis reperiuntur, & Propria qvæ uni
affectui convenient. *Communia* sunt: Dolor ventris inferioris
palo infixo vel terebra perforanti similis, aliquando supra um-
bilici regionem vagans, pungens, mordicans, cibi fastidium,
nausea, vomitus pituitosus, biliosus, porraceus & æruginosus;
fecum & flatuum *Suppressio*: gravitas totius corporis, contra-
etio crurum; testes & musculi suspensores ob sexti paris ner-
vum testibus & colo communem torquentur. Interdum ve-
ro plura, interdum pauciora adhuc signa, pro vehementia
ipsius affectus. *Aret. de Sign. & caus. diut. morb. l. 2. cap. 8. Fernel.*
conf. 49. Avicenna inter signa communia addit urinas rubras.

Propria alia locum affectum, alia causas hujus mali deno-
tant. *Locum affectum* & qvidem quando totum intestinum co-
lon patitur, manifestat id, Dolor circa utrumque Ilium &
infra ventriculi regionem prope umbilicum. Cum pars tan-
tum intestini afficitur & qvidem principium, dolor Ilium de-
xtrum occupat: si medium, sinistrum; si finis, umbilico regio-
nem proximam dolor affligit. *Capit. ac. lib. 3. de affect. intest. Sen-*
nert. Prax lib. 3. Part. 2. secl. 2. c. 2. Si materia peccans inter tuni-
cas intestini impacta est: Dolor continuus & fixus est, nec sum-
titis & injectis medicamentis cedit, sed continuus permanet.
Contrà si in cavitate resideat, mobiles & vagi generantur dolo-
res & per intervalla recrudescentes, facileq; medicamentis
moventur.

Signa causarum eo ordine quo supra à nobis tractata, hic
quoq; perstringemus, & primò occurrit *Humor Crassus frigidus*
& *viscidus*. Hujus igitur signa sunt: Dolor paliinfixi vel tere-
bra perforantis speciem referens, fixus & altè excrucians, qui
noctu plurimum exacerbatur, nauseamq; & vomitum pituitæ
excitat.

excitat. Adsunt præterea signa alicujus concoctionis læse, quæ potissimum originem traxit à crapula & ciborum frigidorum & crassorum, nec non potionum balneorumque præpostero ordine & intemperâivo usu, nec minus ab otio & somno nimio, aliisqve pituitam generantibus. Ex indigestione enim, inquit *Galeus lib. qvomodo morbum simus depreh.* infrigidationeque proficiunt solent tales passiones. Et *lib. 1. de alim. facult. c. 2.* si quis nostrum panibus istis utatur qvibus athletæ utuntur, succus ex iis cumulabitur crassus ac frigidus, qvalem propriè crudum succum nominare consuevimus. *Ægri* citra febrim degunt, & stercus ipsiis, inquit *Trallianus* cum excretum fuerit, bubalo simile videtur; ac pleriqve ipsorum humorem excidunt pituitosum & potius vitreum.

Flatus qvacunqve in parte ingruunt, ibi vehementissimus dolor molestat, & si absqve pituita soli infestant, vagus est & instabilis, in variasqve ventris partes se contorquent, sàpe obmurmurerant, & arctè conclusi neqve ex ore, nec ex alvo erumpunt, in *Colo* enim plurimi flatus, cum natura aliud excipiendo flatus non considerit receptaculum gigni, cumulariique solent, qvos tamen prima concoctio ventriculi maximè progenuit. Inflatio ventris adest; Excrementa flatibus sunt plena, sàpeq; in pilulas caprinas conglobantur. Præcesserunt causa flatus generantes, & cibi vel potus allumti talem fermentationem humorum producere apti, ut sunt fructus horarii, uvæ, mustum, cerevisia recens & feculenta, omnesqve cibi facilis corruptionis, qve omnia maximè juvat refrigeratio ventris, qvæ cruditatum mater. Medicamentis discutientibus & potissimum flatus qvâvis eruptione ægri levantur. Somnia sunt de volatu aut saltu fluvios suspenso corpore superante, interdum etiam de tonitru & tempestate. Freqvens aurium tintitus, partium corporis palpitatio, oscitatio, & crurum brachiorum digitorumque teratos, aliaqve gravia symptomata, si imprimis accedat meatuum à nimia pituita copia, qva excrementorum impeditur transitus, obstructio, uti infra, ubi de angustiæ intestini signis agenus, fustus patebit.

Facile est cognoscere Inflammationem, cum enim sanguis
ejus continens causa calida sit, idem in parte retentus tandem
putrescere incipiat; præterea etiam ab ejus copia poti obstru-
antur, & calidis exhalationibus exitus præcludatur; necessariò
in parte inflammatâ magnus aderit calor. Et quia ob sanguini-
nis repletionem tensio sequitur, à qua posseà continuitas fol-
vit, dolor excitatur fixus, distendens & pullatorius, ut Gal. 2.
de locis aff. c. 7. docet. arteriarum pulsus in inflammatione cum
insigni molestia percipitur, in membris iis scilicet, quæ arte-
rias habent notatum dignas, partem sensu præditam, & ubi in-
flammatio ad notabilem magnitudinem ascendit. Ratio est
quia arteria, cum sanguis partem præter naturam replete &
distendat; in diastole comprimuntur, ipsaque rursum vicinas
& circumiacentes partes comprimunt. Præterea febris & fe-
brilla symptomata adiunt ut habet Trallian., ratò est, inquietus,
colò inflammationem sustinente, febrem non oriri. Fervor
quidam internus, sitis, stercoreis cum inani desideriò desiderio
retentio, urinæ suppressio, quod vesica in consensu trahatur,
respiratio difficultis & virium omnium langor. Consule Jas-
cob. Weeker. Syntax. lib. 2. part. de curatione Passionis colica. Sen-
nert. Pmx. l. 3. part. 2. Sect. 1. & Sect. 2. Zacut. Lufst. P. P. hist. libr.
ult. c. 2. n. 1.

Si ab humoribus acribus & biliosis, tunc dolor est acutus &
mordicans, caliditatis sensus adebet, nec non sitis, oris amaritudo,
lingua arida, vomitus & singultus biliosi & æruginosi, vigi-
lia; & alternis diebus magna ex parte accessio invadit, ita ut
non ratò exinde febris accendatur. Sæpe obrepunt animi
deliquia. Excrementa alvi cum dolore rejiciuntur & in iis vi-
tellinae aut æruginose bilis non nihil conspicitur. Urinæ ar-
dent & ut plurimum rubent. Dolor exasperatus calidis, mite-
scit frigidis. Freqventer acuros morbos conseqvitur, ubi scili-
cket bilis critico motu ad intestina amandatur. Dysenteriam
interdum antecedit, interdum seqvitur, nonnunquam etiam à
medicamenti purgantis vehementia exoritur. Præcessit usus
dulcium, sive sint sacharata, sive mellita, aut acrum & aroma-
tum juxta Trall. lib. 10 c. 4.

Si

Sia à Melancholia dolor est compressivus, fixus & quietus;
cum rustibus acidis, flatibus, astu in præcordiis. Quid excre-
nitur nigricans planè & flatulentum atque omnino melanco-
lia soboles est, præcesserunt causæ melancholiam generantes,
quas vide apud Sennert. Inst. lib. 2. part. 2. c. 6. præcessit quandoq;
& quartana & adiunt plerumque Scorbutus & Melancholia
Hypochondriaca, juxta acutissimum Capivaccium. Virulen-
tia venerea & pestilentialis, & Colica quæ à contagio, cogno-
scitur e propriis signis, & conversatione eadem laborantium &
correptorum, quæ nos ob amicæ brevitatis studium omittimus.

Si tandem à Calculo oritur: dolor erit gravatus, extensi-
vus, mortuis expers & sine sensu vel caliditatis vel frigiditatis.
Si calculus moveatur adest dolor contusivus, si quietus com-
pressivus. Præcesserunt quoq; causa calculum generantes, nec
medicamentis praesertim discutientibus removeri possunt. Et
præterea inquit Capivac. l. a. si contingat, ut antea quoq; Patiens
liber evaserit à dolore, per calculi excretionem; & nunc simili
dolore crucietur: conjiciendum tunc etiam dolorem prodire
à calculo. Si à vermicibus, adest rosio intestini, dolorque per
intervalla magis minusq; affligit, & cum excretis vermes quan-
doq; excuntrantur.

Sequuntur signa, quibus angustiam intestinalium depre-
hendimus. Et quidem quoad obstructionem ob copiam mate-
riæ putritosæ, cognoscitur ea ex antecedentibus supra adductis
signis. Quoad feces induratas & exsiccatas, adest gravitas ma-
gna & tanta distensio ut rumpi intestinalia videantur. Dolor
item compressivus cum alvi stipititate. Præcessit ciborum
excrementiorum aridorum & adstringentium usus, exerci-
tiorum laborumque magnitudo, sudoris nimia excretio & ha-
bitus ægri calidior & sicctor. Cæterum feces induratae non
solum sibi & flatibus transitum tollunt, verum etiam alia gra-
visima symptomata adserunt, quibus facili negotio præ aliis
dignosci possunt. Cum enim flatus coarctatus elabi nequivit,
eximo ventre totoq; anfractu in ventriculum resiliens eum di-
stendit, convellit & contrahit, adeo ut nec quicquam vixque
verbum proferre ægri possit. Deinceps quandoq; videm ejus

osculum acutissimè sentit, magno dolore ex convulsione afficitur, unde extremarum partium calor intrò remeat, quo, quod naturæ noxiū est, juncis viribus expellat; quæ postea suo destituta calore rigent, nervi contrahuntur, cruta vacillant ac paralysin patiuntur, ut hōc experientia & observatio-nes Clarissimorum virorum perspicue edocēnt. *Qvoad choliodchi meatus obstruktionem & bilis flave defectum.*: Urinæ apparent tinctæ, rubræ: si enim meatus hic, qvo bilis ad intestina fertur, obstruitur, necessariò bilis ad Epar regurgitat & urinæ vias urinasque bile tingit. *Qvoad expultrix facultatis imbecillitatem;* excrementorum alvi retentio adest, nulla adfunt ad superiora intestina fatus, qvia expultrix, nullum tenet motum. Superveniunt malæ ventriculi affectiones, à pravis vaporibus retentorum genitæ, ut inappetentia, nauseæ, vomitus cibis &c.

Ratione constipacionis & compressionis, &c i. *Qvoad inflammatiōnem acutissimus fit morbus & violenter ad statum properans, cum dolore tensivo, inflammatorio, continuo & fixo, ut de hac supra etiam egimus.* *Qvoad tumorem ille ad tactum sentitur.* *Qvoad Scirrum* præcessit diuturna intestini durities, qvæ si sit in intestinis magis intinsecus, majore compressione ut sentiatur opus est. Qyamvis autem non adsit dolor attamen semper adesse solet gravitas qvædam notatu digna, qva continua intestina & abdomen ipsius inferius detrahi videatur, & diuturna deſſicci diſſcultas præcessit.

Ratione Subſidentie, præcessit vel iectus, casus violentus, ponderis levatio, vel fatus ad summum impentes. Qvod si vel ingvīnibus vel in ſeroto aliqua apparet prominentia à subſidentia, propter Peritonæi rupturam, & intestinorum malum ſitum ortum habet. Si autem nulla in his partibus apparet prominentia, intestinorum potius ligamenta disrupta erunt, tuncque vel casus ab alto, vel vehemens vociferatio, aut ſimilis violenta atq; extera cauſa alia præcessit. De qvibus conſulantur Chirurgi.

Signis Diagnosticis prælibatis recto tramite ad Prognostica progredi possemus; verū cum affectus noster magnam etiam.

etiam cum aliis doloribus habeat cognitionem & affinitatem,
in quibus dignoscendis, monte Galeno l. 2. loc. aff. 5. & 6. faci-
le est labi, necessarium omnino erit, ne in curando error com-
mitetur, ut prius quomodo inter se respondeant, quæ autem
se differant, accurate perpendamus. Affines autem colico do-
lori affectus sunt. *Dolor nephriticus*, illos seu *Volvulus*, *Dysen-
teria*, *uteri dolor*, & *abdominis tensio* sive *dolor colicus noctis*.
Incipiatque igitur, quia intestinum colon sedem habet proximam
renibus à dolore nephritico sive renali, ubi nobis diffe-
rentias & signa distinctiva potissimum suppeditabunt: *Dolor*,
Juvantia & *ledentia* & *Excrementa*.

Quoad dolorem ergo. Dolor Colicus est pungitivus & aliquā-
do intensior. Renalis est gravatus & remissior ac paulatim in-
vadens, & dum sit intēssimus, quād lapis petit meatus urinario-
rum ureteres, quæ sensu exquisitissimo prædicti sunt. Colicus
magnum occupat spatiū & incipit ut plurimum à parte de-
xtra, & ad sinistram per ventriculi fundum transit; nonnun-
quām incipit à sinistra & tendit versus ossa pubis & declivior est
ad anteriora quam ad posteriora. Ceterum colicus dolor
ventrem secundum umbilici regionem infestare potest, nec
non eam regionem, quæ est inter umbilicum & fundum ven-
triculi. Quando dolor occupat partem dextram, dolor ob si-
tum coli inferiorem erit infra renem, quando vero sinistram,
erit supra renem ob sedem coli in latere sinistro elatiorem &
superiore. Contrà dolor Nephriticus parvum in renum re-
gione occupat spatiū, nisi quod interdum dolor ad coxendī-
cem vel ad testem directo situm protenditur & semper à dor-
lo incipit à superne ad inferiora descendens versus pubem se-
cundum ductum ureterum, & ad posteriores partes circa spi-
nam vergit. Tandem dolor colicus ut plurimum errans ac va-
gus est & ad plures partes ventris movetur ac repente invadit.
Renalis vero fixus & stabilis nec repente sed longo tempore ob-
tardam ejus generationem invadit. Et licet aliquando dolor
nephriticus citè intendatur, accidit hoc non in initio, sed post
lapidis generationem, & dum movetur ac per ureteres descen-
dit. Ultimò in dolore colico trahitur plerumque in consensu-

ventriculus, unde appetitus dejectus, nausea, vomitus freqvntiores, læsa concoctio, doloris ychementia, syncope & frigidus sudor. In Renali autem dorsum & crura in consensum trahuntur juncusqve est cum tremore, stupore & flexionis aceretionis corporis impotentia. Qvamvis verò in dolore nephriticō æqvè ac in dolore colico ventriculus compatiatur, qvia renes nervos suos à stomachico accipiunt, & tunica renes investiens ortum dicit à Peritonæo, qvod ventriculo connectitur, tamen ratione renum serius ventriculus afficitur & vomitus ferè solum post eibum accedit, qvam ratione coli ubi conffitim symptomata ejus apparent. 2. *Quoad juvantia & lenientia* Juvant in colico dolore fomenta abdomini applicata, Clysteres laxantes & lenientes, qui illum non modo leniunt sed etiam plerumq; tollunt. Contrà in dolore renum qvamvis aliquid ex his accedat emolumenti, mox tamen malum re-crudescit, nec sopitum prius, nisi causa prius in renibus subsistens devicta sit, cui subveniunt lapidem frangentia & diuretica. Si conqviescat patiens per vomitum vel dejectionem alvi, dolor colicū indicatur. Si quiescat patiens per calculi mutationem, arenularum vel crassi lotii mictionem, indicatur dolor renalis. Cæterum, satietas, cibi pituitosi, flatuosi, & adstringentes, functionis vicissitudo, rugitus, fecum retentio, colicum dolorem præcedere solent. Renalem verò urina labulosa & filosa, renum grayitas, cibi crassi & viscidi, ventriculi frigiditas cum jecoris, renumqve caliditate vehementi. Post assumptum cibum dolor colicus intenditur ventriculo verò inani remittitur, contrario modo se habet Nephriticus, ille ventriculo inani intenditur, assumto cibo verò remittitur. 3. *Quoad Excrementa*. Illa in colicis sunt arida, dura, vel flatulenta & qvodammodo si in aquam injiciuntur supernatantia. Urinæ crassiores, coloratæ ac rubore perfusa, qvia bilis propter intestinorum angustiam non expurgatur unde retrocedens flavas vel justo crassiores reddit. In Nephriticis verò sunt molliora, urina secundum Galen. & Trallian. in principio est pauca tenuis & aquosa, interdum planè supprimitur: postea crassa copiosa & arenosa excernitur, cum ardo-

ardore qvodom & ad mejendum incitamento ac stimulo. Et
qvia calculi isti sunt asperiores & angulosi ureteres & partes
per quas transiunt & moventur, ulcerant, unde sanguis quoq;
excernitur & urina cruenta redditur.

Ab Ileo differt noster affectus & qvidem ratione doloris,
qvod dolor in Ileo sit magis pungens ob sanguinem calidum &
biliosum & magis intensus ob inflammationem, in colo at-
tem magis extendens, gravans, perforans; licet in utroque in-
testino qvalibet species doloris accidere possit, & qvō in colica
dolor est remissior, eō ob longam materiae retentionem &
intestini capacitatem diuturnior. Dolor in Ileo est supra Um-
bilicum & magis in hypochondriis. In Colo verò est infra um-
bilicum & circa peccinem magis hæret. Ceterum minus per-
culi colicus communicat partibus nobilioribus superioribus
qvam Ileos, ex hoc enim lapsus virium, mentis alienatio, spa-
smus, vigilia instantes, cordis palpitatione seu tremor, syncope,
extremorum frigiditas, singultus &c. & demum mors magis in
propinquo est. Ratione juvantum & ledentium. Iliaci magis
per superiorius exhibitis medicamentis, curantur; Colici per
inferioria Clysteribus & glandibus, cum Enemata & glandes ad
gracilia intestina non facile ascendant. Curatio etiam in
Ileo cito ac festinanter magis instituenda qvam in Colica,
qvia acutior est morbus & inducias non patitur. Insuper in
Ileo magis conductit venæsecchio propter fortēm dolorem, fe-
brem, & multitudinem venarum Meseraicarum ad gracilia in-
testina pertingentium. Ratione Excrementorum. In Ileo pa-
ratum & nihil ferè per anum egreditur, sed per vomitum qvivis
humor cum stercore ejicitur, ita etiam, ut nonnunq;am
clysteres & glandes anno immisssi, superiora versus trahantur &
per os rejiciantur. Cujus rei notabilem historiam, de puella
qvadam, qvæ tria suppositoria & Clysteres vomitu rejecit, re-
fert Celeb. Scrinarius ex Matheo de Gnidibus. Prax. lib. 3. Part. 2.
Setz. 2. c. 1. Item aliam de puerpera, qvæ partem candelæ seba-
ceæ, qvam loco suppositorii anno immiserat, posterā die ore re-
jecit. Similem observationem habet Forestus de muliere ani-
nosa per tres dies continuos excrements foecida & malæolen-

tia per os rejiciente. In Colica verò unico clystere injecto fascilius excrementa redduntur, nec alvus ita adstringitur, ut neque, quemadmodum vult Avicenna, specilli extremum suscipere pos sit. Urina in Iliacis ob inflammationem vel bilis retentionem, magis est tincta, sudor quoque major & frigidior, quam in colicis.

A Dysenteria distinguitur colica, quod, quamvis in utroq; affectu idem dolor, in eademque parte sentiatur, in Dysenteria alvus semper sit aperta in colica autem urplurimum adstricta.

Inter Dolorem colicum & dolorem uterinum, quo mulieres à partu, vel cum mensium fluxus instat vel suppressit, rorquentur, hoc intercedit discriminis, quod hic ingvinibus, pubi, iliis, coxisque communicetur: Ille verò coxis non impertiatur. Insuper menstruorum suppressio, feminis vel alterius materiae per uterum evacuari consuetæ retentio praesedit, interdum uteri suffocatio vapores ad cor & diaphragma deferens accedit, quæ symptomata in Colica non adparent.

Dolor qui à similitudine & vehementia Colicus vocatur & in peritonæo vel membranis quæ abdomini ventrisq; partibus obtenduntur, sedem suam habet, in eo differt à Colico vero. Quod dolores in illo sint vehementissimi, gravissimi & admodum diuturni, ac neque clysteribus, neque remediis colicis blandiri, neque fomentis quibus, qui veri sunt colici dolores, deliniri possunt. Et fiunt vel à flatu tenui, vel ab humoribus serosis acerrimis & biliosis, qui se ratione duplicatur, ut loquitur Riolanus Enchirid. Anal. libr. 2. c. 13. in ea spatia insinuant & dolores acutissimos excitant, qui dolorem colicum nothum constituant, qui non haber fundatum inter intestina more alterius doloris colici, sed intra membranas que Peritonæo & abdomini ventrisq; partibus obtenduntur. Cæterum hi dolores succedunt febribus aliisq; biliosis morbis soluto difficilibus. Natura quippe crisiis noxii humoris in alvum molita, nusquam vacuandi viam promitam reperit, quam illas membranas, unde illum è venis & visceribus in illas avertit. Hinc & continua febres & tertianæ sæpius etiam quartanæ his doloribus finiuntur, de quibus Ferrarius in sua Pathologia consulendum.

Pro-

Progressum facimus ad *Prognostica*, qvæ medicum admirabilem faciunt; hisce Hippocrates & Galenus summam sibi autoritatem & nominis gloriam compararunt, ut refert *Prosp. Alpinus pref. in lib. i. de prog. c. i. de Evdemo*, Philosopho ac Senatore Romano, qui ob felicem à Galeno secundum prænotionem artis Hippocraticæ adhibitam curationem in hæc verba erupit: Vaticinari scil. Pythium Apollinem ægrotantibus voluisse per os Galeni, & qvibus remediis ad sanitatem revocari possint, & qva die perfectè liberari debeant. *Prognostica* autem alia an affectus salutaris sit nec ne præsigunt, alia tempus durationis indicant, alia modum eventus determinant.

Salutis & mortis, qvod attinet. *Ratione doloris Gal. 6. de loc. aff. c. 2.* vehementissimos dolores, qvamvis plures sint intestinorum partes, ad colum refert; rationem addit hanc, qvod rationi non consentaneum videatur, in tenuibus intestinis frigidos spiritus & similes humores retentos & dolorem in ipsis efficiere, qvia tenuum intestinorum tunicae rarae ac tenues sunt, & non ita diu tales causas continere possint. Hinc *Capivaccius* loco sapienter allegato scribit, malum hoc in genere non esse despiciendum, qvia omnis vehementia particeps esse potest. Proinde dolor colicus quatenus est sensatio corrupta, admodum recedit à naturali statu; vires ac spiritus dissolvit, & partes principes, in consensum trahit: propter qvem consensum, qvi semper cum vehementia conjunctus, licet alias cæteri dolores circa angustiam intestinorum, qvia moderati potius sunt, ex se & propria ratione periculosi non sint, dolor colicus periculo non vacat. Unde salutaris æstimatur *Colica*, in qua dolor est mutabilis, remissior nec constans, nec uno in loco pertinaciter hærens, neqve ubi alvis omnino suppressa & feces induratae, sed si per clysteres & medicinas exhibitas excrementa dejiciuntur, aut flatus erumpunt. Contrà insalubris est, si dolores sunt acerbissimi uno loco fixi perpetui & constantes, si Excrementa planè detinentur. Ceterum si vigiliae, singultus, vomitus, extremorum refrigeratio, sudores frigidi, syncope, tremor cordis & convulsiones superveniunt pro læthali æstimatur. Pessima illa habetur, si cum his omnibus anhelitus fatigat & ructus

fætidi emittantur, ac corpus statim intumescat. Hoc observavit Rhæses in quadam virgine, qvæ cum statim venter valde intumuerat 12. horis dolore colico enecata fuit, similem observ. vide apud Goilbel, Fabric. obſ. cent. 2. obſ. 74.

2. Ratione Subiecti. Periculosus est secundum Celeber. Sennertum loco s̄apieſ cit. si totum colum afficitur dolore, qvam si pars faltem. Si verò dolor urgeat secundum umbilicum & coli finem est minus periculosum, nam ibi est pars inferior, in qvam clysteres strenue agunt. Si dolor afficit partem sinistram; magis est periculosum, adhuc magis si in coli principio & in illo dextro dolor resideat, qvia causa difficultorem exitum habet, & in hanc partem virtus clysterium ægræ perditur.

3. Ratione causarum. Colicus dolor ab humore crassō & pituita, intra tunicascoli conclusa, pertinax est ob partis cui inhærescit crassitatem & densitatem, qvia difficiilius eradicari potest. Mitior est qvi oritur à flatibus, imprimis frigidis, nam ipsi sponte vel per superiora vel inferiora erumpunt & adhibitis præfidiis calidis facile removēri possunt. Si verò flatus calidi sunt & maligni, qvales esse solent in febre pestilenti lethalis est. Si autem præfidia in flatibus nihil auxilii tulerint, secundum Hippocratem S. 4. apb. ii. Hydrops pradicendus. Qvibus enim, inquit, tornina adſunt & circa umbilicū cruciatus & lumborum dolor, qvi neq; medicamentis neq; aliter solvatur in siccum hydroponem terminatur. Maximè periculosus est dolor, qvi ab inflammatione proficiscitur, qvōd materia impacta ægerrimè tollatur, & transitum ad Ileon minetur. Et qvāq; am, inquit Sennertus, qvi in Ileo est periculosior sit: tamen nec ille, qvi in colo est, periculo caret, præsertim si inflamatio tanta sit ut urina supprimatur. Dolor Golicus ab humoribus acribus & biliosis satis periculosus & morbus diuturnus est, ægrumq; crebris recidivis affligere solet, ita ut ægri s̄epè multis annis in lecto decumbant, modo cum febre modo sine febre, doloribus singulis ferè mensibus vel longiore etiam intervallo recurrentibus. Haud periculo vacant sed satis periculosè laborare putantur ii, qvibus infra nihil, vomitu verò corrupti & vitiosi humores

mores ejiciuntur, accendentibus imprimis Epilepsia & convulsionibus. Calculus difficiliter educitur; à vermis si fiat dolor iis dejectis facilimè curatur. Si angustia, causas perpendamus quid de illa præagiendum facile liquet & ex antecedentibus patet. Obstructio enim quæ in crassis intestinis sit facilius tollitur, colicisq; dolor inde ortus facilius sanatur. Sic humor pituitosus difficiliter eradicari & removeri potest, quam fatus, rebellis etiam & pertinax est Melancholia. Feces & alvi excrementa indurata, si modò expultrix propter intensam frigiditatem intestinorum labefactata non sit & malum non diu protractum citra difficultatem educi possunt. Hinc docet Sennertus, Lenius malum significari si excrementa sponte & per lenes Clysteres naturā irritatā dejiciantur & excrementa liquida, fatusq; multi per alvum excrenatur, dolorq; locum mutet. Quid si fuerit subsidentia, quæ ex disrupto peritonæo & intestinorum in scrotum delapsu originem ducit, nisi intestina reponantur antequam inflammatum periculose & sàpè malum lethale est. Quid si procedat ex vitiōso situ intestinorum, non disrupto ac lacerato Peritonæo, sed ob impetentes fatus, vel violentum istum aut consimilem causam & vix fieri potest ut in propriam sedem redigantur periculo non vacat.

Longitudinis & brevitatis. Quidam dolor colicus brevi solet terminari, quidam vero longius produci. Pro abundantia, enim humoris, virium robore, causarumq; producentium diversitate, de longitudine & brevitate præagiendum.

Modi eventus sunt varij, ob multiplicem exitum quem hic affectus interdum instituit. Sic ille qui ex flatu oritur aliquando juxta Hipp. apb. Secl. 4. aph. ii, in hydropem siccum desinit. Interdum febris dolori colico supervenit & eum solvit, imprimis si humor peccans sit frigidus, pituitosus crassus & flatulentus, ut habet Hippocrates apb. 40. Secl. 6. Quibus dolor circè hypochondrium est sine inflammatione, iis febris superveniens dolorem solvit. Hoc perpetuum est apud Hippoc. inquit Hollerius super hunc aph. quod quicunq; morbi fiunt à crassa & frigida pituita, & flatibus, hi possunt solvi febri. Ratio est, quia febris tenuat, incidit; coquit, preparat materiam ad excretio-

nem & resolvit. In *Scholio addit*: Dolor qvi sine inflammatio-
ne & absq; humore calido excitatur, sive in interno sive in ex-
tero corpore, frigidam causam agnoscit necessariò, eamq; vel
intemperiem, vel humorem frigidum, vel flatum. Huic nul-
lum præsentius est remedium calore febrili: ut qvi multò po-
tentius temperet, coqvat, & discutiat, qvam qvivis alius calor
foris admotus, hoc confirmatur ulterius *aph. 52. Sect. 7.* Quo-
tiescunq; enim affectui præter naturam à copiosis flatibus, ali-
cujus partis membranam distendentibus, alter supervenit affe-
ctus calefaciens & flatus discutens: hic priorem solvit. Do-
lor ex humore acri & biliosa freqvenerat in dolores dorsi, mate-
riæ, qvæ ad intestina confluerat, eo delatâ, abire solet. Aliqvan-
do in arthritidem, materia ad articulos transmissa; interdum
qvoq; in melancholiā & Epilepsiam, materia ad caput de-
latâ, migrat. Nonnunq; in abscessum coli intestini leth-
alem mutatur, ut patet ex observatione *Gwilhelm. Fabric. cent. 2.
obs. 72.* Frequentissimè autem in frigidis & potissimum Germani-
niæ regionibus, in qvibus pertinacissimi & diurni colici do-
lores oriuntur ferè semper in Paralyssin desinunt, qva superve-
niente statim sedantur. Ut testatur *Dott. Horstius l. a.* Freqvens,
inqvit, est in Austria colicus dolor vehemens & diurnus, qui
non raro in Paralyssin terminatur. Rationes addit, tūm qvod
pluribus addit nativa qvædam imbecillitas à parentibus, tali
morbo sèpius afflictis propagata, tūm qvod maximè hic faci-
ant vina Tartarea, materiam huic morbo subministrantia. Et
hoc in Carinthia & Stiria provinciis, nec non etiam in Tiroli
comitatu frequentissimè fieri observavit qvoq; *Eustachius Ru-
dius lib. 2. de intestinorum dolore.* Addit qvod Medici in illis re-
gionibus Praxin exercentes valde torquarentur, invicem inqui-
rentes, qvonam pacto & per qvas vias materia in intestinis resi-
dens nervos motorios petere possit. Et certè cum gravissima
adhuic inter Autores sit dissensio, qvomodo Colica in Paraly-
sin degeneret? Operæ pretium esse duximus de illa permutatio-
ne nonnihil prolixius agere.

Amplissimus autem hic se disputationis ostentat campus,
in quo liberum est ob Autorum & de ipsa materia & de viis per
qvas

qvas in artus mittitur dissectionem aliquantulum excurrere & spatiari. *Arculanus* citante illum *Forestio*, duplēm fovet sententiam, aliquando enim se obseruasse scribit, materiam colicæ petere nucham, aut aliquos nervos aliquibus membris particularibus deservientes. Aliquando autem cum *Paulo lib. 3. cap. de Paral.* statuit, fieri permutatione materiæ ad Spineam, quando ita scribit: *Colicum, Phlegmaticum & sanguineum* saepius permutari ad dolorem dorsi, idq; ob materiam magis subtilem fastam per caliditatem dolorofam.

Eustachius Rudius l. a. in *Incolis Carinthia & Stiriae* hoc ea de causa fieri arbitratus est, qvia, cum ex aere & alimentis frigidis & humidis (cerevisis enim & pane quodam laxo, & spongioso, nec probè cocto vescuntur) plurima pituita copia in his congeratur, & propter calidam ipsorum agrotanum temperiem, flava quoq; bilis exuberet, intestinis à pituita obstructis, flava bilis descensus inhibetur, à qva in intestinis detenta, & à pituita lentore arctius coercita, acerbissimi excitentur dolores, hæ itaq; materia, dum aliquando tempore ad invicem permiscentur, & vi caloris, & præsertim attenuantium medicamentorum extenuantur, & in vaporem attolluntur, facile, ut meritò bilis permixta, qva vehiculi vicem gerit, in caput primum ferantur, qvo sit ut primo, vel cataphoram, aut epilepticam nec non interdum apoplepticam accessionem infestant, deinde à cerebri expulsive ad nervorum principiat, & subjectas partes protruduntur, & tunc primum succedit Paralysis, & dolor sedatur. Non quod materia omnis, qva intestina affligebat, ad nervos fuerit delata, sed qvia intestinorum sensus, cerebro & nervis à materia obsessis, magna ex parte hebetatus remanet, qvia dolor vehementior alterum obscuretur.

Casparus Hoffmannus in consilio Medic. à Laurentio Scholzio editis consil. 173. pro quodam Theologo, in hac est sententia, humores, qvi ad artus rejiciuntur, non contineri in intestinis, sed tum demum fieri Paralysis: ubi jam maxima pars humoris pituitosi in intestina effusa, per alvum excreta, & per paroxysmos absumta est, ut eam quodammodo mitescere & rarius invadere colica videatur. Tum enim reliquos humores pi-

guitosos, & præsertim eos qui sunt in capite propter dolores, inediā, vigiliā, calidōrum & incidentiū medicamentorum usum attenuatos, relictā consuetā priori via, ad propiorem viam, & ita secundum nervos ad musculos & sic ad manus & pedes contendere. Hoc autem non de omni Colicā specie, sed de ea tantum, quae magna ex parte pendet ex prolapsu pituitosi humoris ex capite per venas in Intestinā, intellectum vul-

Volcherus Coiter. in miscel. observat. anatom. & Chirurg. ex relatione Celeberrimi Sennerti Instit. lib. 2, part. 3. Sect. 2. c. 5. statuit: Paralysin hanc oriri ab aqua tenui & limpida, quae in cerebri ventriculis, atq; in Spina dorsi collecta sensim à superiore parte nervos irriget, quoad pervenerit ad eorum extremitatem. Et hanc sententiam fovere quoq; videtur *Carolus Piso.* Sect. 4. obserp. de morbis infim ventr. à colluv. serosa cap. 2.

Felix Platerus Prax. tom. secund. l. 2. c. 2. de motu impotentia causis ab hac sententia recedit, & docet; talem excrementitium humorem ad nervos partium quarundam delatum, aut illic congestum, non ex cerebro, sed aliunde ortum, partibus quibusdam propriam inducere Paralysin. Qui sèpenumero aliis quoq; acribus humoribus & biliosis perfusus, vel alijs putrefactis, nervos non tantum irrigando, sed & irritando, dolores cum resolutione partis, sese offerentes, & in convulsiones interdum desinentes causet,

Nonnulli in quorum numero quoq; est *Andreas Laurentius Anatom.* lib. 4. q. 8. configunt ad συμπνεύν οὐχι συρρέεν Hippocratis, & statuunt quia omne corpus transpirabile & fluxibile, nihil obstat à nervis in intestinā humorum decubatum fieri & ab intestinis humores crudos, sed attenuatos in nervos rapi: & multos esse occultos ductus nobis incognitos, per quos humorum fiunt translationes, & mirabilem esse vasorum omnium societatem.

Gregorius Horstius centur. probl. Medic. Geographeotix. De cad. 2. de morbis capitis. q. 8. experientiā edoctus statuit, Paralysin; quae colicos dolores sequitur, fieri ob efficiam & debilem constitutionem muscularum, qui respectu substantiæ nervosæ & membranosa, à materia affluente præter naturam afficiantur,

tur, ita ut motum & sensum etiamsi spiritum animalem afflu-
entem habeant, exacte percire nequeant. Materiam autem
morbificam ab intestinis ad articulos & muscularum habitum
pervenire mediantibus venis. Et hoc probat ex signis, instanti
tali mutatione, accidentibus, ubi enim, inquit, expectanda est
in colicis doloribus resolutione membrorum, statim urina tingi-
tur ad modum, & subnigra apparet, ob materiae admitionem
in venis, conqueruntur ægri de ascende ente quadam aura frigi-
da iis in locis, ubi positus est vasorum majorum & natura for-
tiori existente, materia ex habitu musculo expellitur, ac lo-
co paralyseos illius, fit in extremitatibus color ictericus vel a-
lius præter naturam.

Et hanc sententiam cum Erasto amplectitur quoq; Cœle-
berrimus Sennertus Inst.lib.2 part.3 Sect 3.c.5. & statuit: Mate-
riam hanc è mesentericis atq; intestinorum venis regurgitare in
venia cavam atq; hinc ad musculos à natura extrudi. Nam si
humoribus illis, qvi colicam gignunt aditus quasi pæcluda-
tur, ut liberè in intestina effundi non possit: qvod variis de
causis fieri potest: è venis mesentericis in venæ cavae propagines
regurgitant, atq; hinc in habitum corporis & muscularis, in quos
venæ terminantur à natura effunduntur. Qvo fit ut nervi &
tendines, qvi muscularis inseruntur, tum ob plenitudinem, spiri-
tum animalem non admittant; tūm imprimis propter molli-
tatem tendi & membra quibus inseruntur trahere nequeant, un-
de immobilia quasi permanēnt. Qvod autem materia pec-
cans in colicis doloribus potius articulos quam partes petat,
rationes dat prænominatus Horstius; & primò ponit na-
turæ Expulsionem, qvod scilicet natura fortior ejus-
modi materiam expellat, qvoad fieri potest, ad remotissima
locia. Deinde materia singularem proprietatem, qvâ nervo-
sis & membranosis muscularum partibus pæ ceteris est ami-
ca. Hocq; probat exemplo materia Cancri, qvæ citius faciem
& mammillas occupat quam alias humani corporis partes.
Sic strumosæ resolutiones ad collum potius quam alibi efflo-
rescere solent.

Omisi.

Omissis autem illorum opinionibus, qui, non omnem
Colicæ affectionis causam ad membra ferri statuunt, sed illam
solum quæ in capite gignitur, & ideo ad membra pervenire,
quia ab ordinaria via deflectat & secundum nervos ad muscu-
los ad manus ac pedes contendat. Omissis quoque, quia ma-
nifestiores sese ostendunt ductus, viis occultis: merito recen-
tiorum utpote Gregorii Horstii & Cel. Sennerti opiniones & pla-
cita, cum nihil absurdum in se contineant, apprehendimus, am-
plicetimurque. Et præter venas illas mesentericas, tanquam vias
proprietates, etiam admirimus, cum doctissimo Spigelio lib. 6. b. um.
corp. fab. c. 4. arterias mesentericas, per quas humor iste morbifus
regredi potest in arteria magna truncum, & arterias lum-
bares, quæ non solum sanguine turgescente vicinos compri-
mere nervos, sed & aliquid serosi humoris ad eas effundere
possunt. Et has vias etiam Sennertius, illis institutionibus de-
monstratis, Prax. lib. 3. part. 5. Sect. 2. c. 4. superaddit, quando ait:
non necessarium est semper ut materia primum ex intestinis ad
cerebrum & hinc in nervos feratur. Sed proprieas vias esse
putamus, ut in Instit. lib. 2. part. 3. Sect. 2. c. 5. dictum. Hoc sal-
tem hic addimus, aliam adhuc viam, per quam materia ista in
Spinalem medullam deferri, & Paralyssin efficere possit, mon-
strarare recentiores Anatomicos, nimirum ramum quendam, qui
ab arteria orta, non longè à ramo mesenterico porrigitur, &
serpat in spinam, ejusque vertebrales. Ab intestinis enim arteriam
mesentericam in arteriam aortam, tandemque per ramum hunc
in spinalem medullam materiam transferri, Paralyssin efficere
potest. Aliorum autorum opiniones quid veri aut falsi in se
habeant, qui desiderat, consulat Viros Excellentissimos & mul-
tijuga experientia doctissimos Gregor, Horst, Centur. problem,
Medic. Themat. Decad. 2. q. 8. Irem Tmct. de Scorbuto. Obser-
vat. lib. 4 obs. 10. Sennert. Instit. lib. 2 part. 3. Sect. 2. c. 5. Prax. lib. 1.
part. 2. c. 27. lib. 3. part. 3. c. 2. Part. 5. Sect. 2. c. 4.

Huc usque essentiam causas, signa & Prognostica absolvimus,
restat jam, ut ad Curationem & præsidia, quorum auxi-
lio virtus methodicè profliguntur, & arcentur, descendamus.
Rite autem quælibet curatio perficitur, si secundum Indicatio-
nes,

nes, qvæ medendi ratio certissima & Medicō cum primis digna, instituitur. Viā enim Indicationum auxilia sunt invenienda, auxiliorumq; materiæ investigandæ. Fit autem non raro ut propter doloris vehementiam, vires resolventem, Medicus, qvod, qvi Methodum in omnibus nimium pertinaciter exquirit, pariter cum morbo plerumq; hominem de medio tollat, à methodica illa ratione deflectre cogatur, nec ordinariā viā ingredi liceat, sed extraordinariā interdum sit progrediendum & curatio ad id qvod magis urget, ne morbus inde gravior pejor-que fiat, dirigenda, uti eruditè monet *Gregor. Horst. in appendice obseruat. 6. libr. 4.* Proinde rebus sic stantibus Indications qvoq; in *Ordinarias* & *Extraordinarias* distingvere lubet.

Ordinarie sunt tres, qvia tria qvoq; sunt indicantia à qvibus omnis indicatio desumitur: *Morbus scil. Morbi causa & vires.* *Cumtoria* qvæ præsentis doloris causa continentis extirpationem svadet. *Preservatoria*, qvæ antecedentium cau-ſarum remotionem imperat. *Vitalis*, qvæ vires attendit, qvæ sui conservationem & corroborationem, tam per alimenta bo-ni succi facilisq; concoctionis & distributionis, qvam per me-dicamenta appropriata præcipiunt.

Extraordinarie symptomati urgenti, qvod hoc in malo efficit dolor, præsertim vehemens pungitivus viresq; summè lädens, subveniendum docent. Magnitudo enim doloris, in-qvit *Galenus lib. 6. apb. 5* qvanta sit perpendenda. Nam ubi dolor urget partem aliquam in primis vehementior, semper fit at-tractio ad partem dolentem, & doloris atrocitas corrupit hu-morem & novam doloris causam continentem semper gignit.

Materia auxiliorum, qvibus ordinariis indicationibus satiſfacimus, ex uſtatis hauritur fontibus *Chirurgia*, *Pharmacia* & *Diet. L.*. Sub his tribus enim omnia medici artificis instru-menta, qvibus ad medendum opus habet, continentur. Hi qvidem fontes ordine considerandi effent: verū, cum ut su-pra innuimus dolor ipſe aliquando urgeat, ut periculum sit, ne vires prius opprimantur qvam causa pertinacissimè resistens tolli possit, nos ſepotit ad tempus ordinaria cura, primū qvomodo dolor ſedandus, conſiderabimus. Sicut enim ven-

ter, inquit Hollerius caret auribus; sic nec dolor auris habet.
Et Galenus 12. meth. Med. c. 7. docet, quod si doloris causam adi-
mtere possumus, contra symptoma non pugnamus, sed ægritudi-
nem nos curamus. Sed si ab aliqua occasione prohibiti, affe-
ctui, seu causæ doloris submovendæ incumbere non liceat, ve-
hementiam doloris mitigari debemus.

Utimur autem ad sedandum dolorem *Anodynis* & *Nar-
coticis*. Illis, quod ea causam hanc æquabilem reddunt, non
autem submovent, corporisque substantiam similitudine qua-
dam fovent, & ita sunt moderata ut familiaritate elemento-
rum, naturæ, partium calorique insito consentiantur. Anody-
na enim sunt, juxta Sennert. Inst. lib. 5. part. 1. Sect. 1. c. 7. quæ tem-
perata sunt corporis; nostro temperie similima & proinde sub-
stantiam & calorem corporis nostri similitudine & familiarita-
tate quasi fovent & demulcent, blando suo calore meatus refe-
rant, tenuitatem substantiarum in eas subeunt, omnia æquabilia red-
dunt, partem ut minus dolori apta sit laxant & emollient &c.
Narcoticis utimur quatenus est tristis & corrupta sensatio, huic
enim opponuntur remedia quæ habent vim stupefaciendi sen-
sum, hæc, inducendo stupore, partis sensum hebetant ac ceu tor-
piunt, quod doloris urgentem causam eō minus percipiatur. Fal-
litur ergo duntaxat hoc solamine & blandimento non adimi-
tur dolor. Sic enim describuntur à Sennerto quod scilicet sint,
quæ peculiari vi stuporem parti inducunt, ut dolorem non sen-
tiat, causa doloris relitta. Monet autem Gal. cap. ult. Meth.
med. *Narcotica* nisi summa urgeat necessitas imperanda haud
esse, & ibi demum, ubi summus est & intolerabilis cruciatus,
cum exquisito sensu, præcipue in eo qui natura molli pusilloq;
est animo: ubi conficiuntur vires, gravia incident animi de-
liquia, & à reliquis auxiliis desperatio, ac curatio propè deplo-
rata.

Anodynæ quoad materiam sunt: Simplicia: Radices: *Al-
theæ*, *liliorum alb. malvæ*. Herbae: *Altheæ*, *anethum*, *chamomelum*,
ebuli fol. linaria, *malva*, *melilotus*, *nicotiana*, *oculi populi*,
Sambuci fol. Verbasco. Flores: *anethi*, *chamomil. croci*, *lil.*
alb. melilot. Primul. veris, *Sambuci*, *verbasci*. Semina: *fænugr.*
bordiei,

hordei, lini, Sesamin. tritici, amygdal. Gummi: caranne, elemi,
Spermaceti, tacamahaca. Ex animalibus: Axungia cuniculi,
butyrum rec. insulsum, porci, castorum, lac tepidum, limaces rub.
lumbric. terrest. medulla cervina, vitulina, cypus, omenta & pul-
mones animalium calentia, pinguedo anatis, anseris, caponis, gal-
lin. humana, propolis, vitell. ovor. Ziberium. Præparata &
Composita: Aqua chamomil. melilot. Sambuci, verbasci. De-
coccum althee, lil. alb. malva, cum capire, intestinis & pedibus
pervecis. oleum amygdal d. anethi, avellan. chamom. Jasmin. lau-
ri, lil. alb. lini, lumbr. terr. è melilot. ovor. popul. Sambuc. ver-
basc. vulpini. Unguent. anodyn. August. Crollii dialth. martia-
tum, pectorale refumptivum. Cataplasm ex medulla panis albè
cum vitellis ovorum, Croco & laetè. Emplastrum de baccis lauri,
divinum, de melilotto oxycroceum &c. Hæc igitur nunc intrin-
secus assumentur, nunc per Clysteres infunduntur, nunc Ex-
trinsecus, vel in forma fomenti, vel inunctionis, vel linimenti,
vel Emplastri administrantur. Hinc in materia calida in-
tus sumuntur potus lactis, juris pinguis cum butyro ol amygdal.
mixtum cum oleo rosar. Capivaccius l. sèpius alleg. scribit:
si dolor fiat à causa calida, uti possimus vel sinceris anodynisi,
vel misere possumus frigida. Ut sunt viola hordeum &c. &
hoc medicamentam ita misum anodynū tum sanans est.
Sennertus oleum amygd. dulcium recens dat ab ʒij ad ʒv cum
Sacchari ʒß additis Syrupo violaceo & speciebus diarrhod,
Abbat.

In materia frigida addi possunt, Anethum, melilotus, fa-
num græcum, chamæmel. Oleum amygdal. amar. qvod & ipsum
est medicamentum & anodynū & sanans, humectando enim
dolorem lenit & abstergendo ratione amaritudinis colicas do-
lores ex crassa & viscida materia ortos sanat. His succedunt
Clysteres ex prædictis ut sunt flores chamæmel. aneth. fol. mal-
var. branc. ursin. althæe, parietar. semin. fanugræt. lini, Caricæ
pingues butyrum recens, adeps vitulin. gallinac. anatin. Oleum
commune, sesamin. amygdal. dulc. In frigida Ol. chamæmel. aneth.
de semin. lini. amygdal. amar. aut horum decocta. Extrinsecus
fiunt inunctiones ex oleo olivarum, violar. rosar. compl. mixtum

cum vitello ovi, ex oleo item anethi, Chamomill. amygd. dulc. butyro recent. adipe humano, vitulino, anserin. Omentum castrati calefactum, cum ol. ros. vel amygd. dulc. vel vesica repleta aliqua portione ol. ros. & amygd. cum decoct. malvarum violar. & chamomel. Emplastrum ex mucilagine Psyllii oleo ros. vitell. ovorum & butyro. Diachylum minus solutum oleo rosac. & chamomel. Probatur etiam usus balnei ex oleo vel aqua dulc. in qua malva copiosa fuerint incocta. Sacculi & Cataplasmatia ex iisdem & similibus in eundem usum parantur. Quoad usum hoc observandum, ne illa differamus, donec vires alias imbecilles & labascentes prorsus deficiantur. Deinde illa quae per os dantur pro doloris vehementia semel, nonnunquam bis exhiberi possunt. Externis vero ut Clysteribus, fomentis, linimentis, Emplastris, balneis & similibus saepius & frequentius uti licet, diligenter tamen observato in onito Sennerti, ne valde calefacientia, ubi saltem dolorem sopire, animus est usurpentur, quia calefacientia non anodynatur. Sed causam respiciencia sint. Quoad modum vult. Etiam si passio indicantis sit difficillima, applicetur medicamentum quod efficacissime agat, ut est vesica decocto chamomel. aneth. melilot. Sem. lini fol. malvae & althae repleta. Avicennas, citantibus illum Eustachio Rudio & Capivaccio vehementis juvamenti remedium esse ait: Si vasculum pluribus foraminibus refertum, quod est in communii usu pro irrigandis hortis, liquore ex aqua dulci calente simplici, vel cum anetho, aut foenu graco aut conveniente decocto repleatur, illudque elevetur a paciente, ad longitudinem statutae humanae, ac in modum Stillicidii admoveatur, & liquor in locum affectum dimittatur. Verum cum hujusmodi cura & medicamentorum applicatio nostris temporibus non sit in usu nec apud quenquam Recentiorum inveniantur, tutius est ut in quolibet dolore si fiat a causa frigida usurpetur anodynus actu calidum non frigidum: in causa vero calida erunt moderata h. e. tepida potius quam calida & frigida. Si praeterea dolor sit in parte dextra ratione jecoris laxantibus corroborantia admiscenda. Quoad tempus quae intus sumuntur nisi dolor sit ab inflammatione, tunc enim illicet sanguis mit-

mittendus, quam primum possunt exhibantur. Quæ vero
extra applicantur illis non utendum, nisi præmissâ aliquâ alvi
lenitione. In principio enim quia laxant pars ad recipientem
magis prona redditur & dolor augetur. Quoad ubi.
Anodyna externa in quolibet dolore intestinorum abdomini
& parti dolenti possunt applicari. Et sicut probatur anody-
num, si tenuia intestina dolore cruciantur, per os assumptum,
ita laudatur, si crassa laborant, per sedem & inferiora appli-
catum.

Si dolor hisce non cedat & Anodyna ad sedandum dolorem non sufficiant, dum demum deveniendum est ad Narcotica. Commodissimè autem usurpantur in Colica à mordaci & acri humore orta, non quidem, ut nonnulli opinantur, ratione frigoris, sed ratione virtutis peculiaris, quæ humoris acrimoniam mitigandi, eum in crassandi mersumq; & motum ejus inhibendi vim habent. In causa vero & materia frigida videot res difficilis, & an administranda? oritur dubium; tum quod Narcotica hoc mali conjunctum habeant: ut calorem nativum obtundant, humores incrassent, curam retardent, non raro planè contractos reddant laborantes. Sic Zautus Lusitanus ex Avicenna, de medic. P.P. hif. lib. 5. hif. 28. refert, quendam qui sibi collitum supposuit ex opio mortuum esse. Hisce adstipulatur Galenus lib. 12. merh. med. In dolore colico, inquisiens, ex causa calida lubentissimè admittimus Opiata, nam leniunt dolorem & causam etiam interdum respiciunt, quæ calida & tenuis, quæ opiatis crassa fit & turgidior redditur, in frigidis perniciose sunt, incrassant enim tunicas, & quantum mitigari dolor videatur tamē redit. Verum videtur Galenum ibi locutum fuisse ex hypothesi illorum qui statuerunt Narcotica esse frigida, & de Narcoticis crudis simplicibus & incor. rectis, uti illum interpretatur Hercules Saxon. Pm&t. Med. I. 3. t. 25. Et ex seqventibus verbis colligere est illum admisisse Philionum Romanum, ibi enim ipse inquit, impositum esse Eu-phorbiū, piper, crocus &c. ut attenuent, ac incident crassos & viscidos humores. Hollerius libri 1. de internis morbis, ex mente Galeni de hisce medicamentis, hæc referunt.

A Galeno hæc medicamenta narcotica, 9. καὶ τόποις, anodyna & κατ' ἐξοχήν Colica nominantur. Qvod autem narcotica stuporem adferant & calorem nativum obtundant & tandem mortem inducant, id de illorum intempestivo applicandi & exhibendi modo intelligendum. Caterūm Experiencia hodierna abundē testatur, Narcotica omnino etiam in causa frigida & ubi maxima urget necessitas, & intrinsecus & extrinsecus locum habere; modō circumspiciens nec aī fri- gida, qvod teste Hipp. Sect. 5. aph. 18. valde ab immodico usū frigidorum partes naturā frigidiores quales sunt ossa, nervi, spinales medulla, membrana &c. offendantur & lacerantur; sed calidis & attenuantibus correcta adhibeantur.

Sunt autem Narcotica: Opium, Hyoscyamus Mandragora, Solanum, Papaver: semen, succus, & Syrupus de Papavere. Item Theriaca: Dracodium, Philonium Romanum, Perficum, Resqvis Nicolai; Pilula de Cynoglossa: Oleum Hyosyami, de Papavere; Horum autem omnium loco probatur Laudanum Opiatum Crollii Basili. chym. Horstii in append. lib. 4. de morbis viscer. concoct. Sennerti, Schalleri. Est enim excellens anodynū ac specificum & ut Crollius loquitur ἐνεργα τέχνη πάσους παθῶν ὁδύνας, extremumq; refugium verè & laudabile medicamentum. Plura de laudani hujus Encomiis & laudibus vide apud Crollium, Querctanum, Libavium Syntag. arcan. chym. lib. 8. cap. 44. Huc pertinet Unguentum Populeon, Nymphæ, Rosarum, Pilula Anodynæ D. Riverii qvæ

R̄ Caster. el. 3.ß.

opii diligēt. cum pīstillo calido contus. & diffoluit.
cum vino Malvat. 3.ß.

Succini albi 3.ß.

Spec. diagal.

Arom. Rosat. ana 3ij.

Euphorb.

Piper.

Croc.

Myrrh. anagr. iij.

Cum melle qvantum satis f. Massa.

Pilu-

Pilula Anodynæ Plateri quæ

Rz. Bdell. suc. plantag. emollit. 3j.
opii diffol. in aq. vit. 3j.
f. Massula.

Sic pilule de Cynoglossa Quercetani

Rz. Rad. cynogl. arid.

Sem. hyoic. alb.

Opii ana 3ß.

Myrræ 3vj.

Thur. 3v.

Garyoph.

Cinam.

Styrat. calam. ana 3ij.

Cum aq. ref. f. Massula.

Quoad usum: his, imprimis simplicibus rarioribus vi-
cibus ob vehementiam quam habent utendum, compositis ve-
rò & ritè correctis frequentioribus. *Quoad modum & ubi*:
exhibent vel per os, vel per Clysteres injiciuntur; vel extra
applicantur, & rarius per os neq; illicet ad illa confugienda ni-
si dolor urgeat & sit intenſissimus; viresq; adhuc conſtent. Si
enim ut monet Cel. Sennertus viribus jam prostratis & ubi ferè
morti vicinus est æger usurpentur, non ſolum non profundunt, ſed
ægro etiam interitum accelerant, dum ſpiritus jam ante lan-
guentes aut deficientes ſopiant quasib; & calori nativo obsunt.
Quoad quantum: ſi dolor ſit ſummus, ſumma quoq; proba-
tur doſis, Requies magna, Philonium Romanum dantur ju-
xta Hollerium Capitvaccium & Sennertum ad 3j. cum decocti
flor. chamæmel. 3ij. & Syrup. Papav. 3ß, Laudanum opia-
tum Crollii gr. ij. l. iij. pondere. Horſius Laudanum ſuum
cum magisteriis illuſtri Personæ 8. gran. pondere exhibuit.
Hollerius quendam dolore colico per biennium laborantem
Narcoticis curavit: cui alternis diebus Clysteres ex lacte inje-
cit, alternis diebus grana x. Pilul. de Cynoglos. cum conservæ
nenuphar. propinavit.

Et hæc de materia medica Anodynorum & Narcotico-
rum, jam & hic de illis quæ ab antiquis & recentioribus non-
nul-

nullis specifica, & qvod totâ substantiâ & occulta proprietate dolori medeantur, nuncupantur, agendum esset. Verum cum illa etiam ad reliquas doloris Colici species referri & applicari possint, de illis etiam post aliorum remediorum tractationem agamus. Nos revertimur ad Indicationes ordinarias, & materia m remediorum, quantum quidem vires permittent, ex antedictis fontibus hauriamus.

Ex Cheirurgia occurrit Venæsectio, hæc enim materialium Chyrurgicarum præcipua est, qvia sanguinem evacuat sensibiliiter. Qvæ, quamvis rato in dolore colico concedatur, attamen si adsit P lethora & sanguis vehementer peccet vel ratione cause principalis ut in inflammatione, vel ratione cause minus principalis & sine qua non, vñ in dolore à bile & acri humore, consentientibus naturâ, Temperamento, habitu, humorum dominatu, consuetudine & Diatâ, commode instituitur ut nobis hujus affectus curationem compendiosè docet & monstrat Alexander Trallianus, quam etiam secutus est *Foresius* in viro quodam sanguineo & multo vino potenti utente. Si, inquit Trallianus, colicum affectum ob inflammationem intestini fieri contingat, nequaquam purgationem in his, præsertim inter initia & cum illa nondum ad concoctionem pervenerit exhibere audebis. Accidit namq; ut datum medicamentum humores ex illæsis, ac sanis particulis trahat & transmittat affectis. Cum autem hæ id qvod illatum est nequeant propellere, necesse est dosorem, vigilias & tormenta augeri. Qvapropter purgatio inflammatione tentatis danda non est. Venæ autem sectio adhibenda & paulatim ex toto corpore vacuatio tentanda, eò qvod universa inanitio tantum præsidii non adferat, quantum quæ patienti fit. Porrò si propter inflammationem etiam urina supprimi contingat venam & in talo & in superiore parte separe nos est alienum, sâpe enim cum hoc nos fecissimus & alvi & urinæ excretio secuta est. Et hæc Trallianus. Tempus venæsectionis qvod attinet. Rhæsis in initio secat venam. Etius ante usum Topicorum. Commodissimum autem tempus videtur, cum materia adhuc in fluxu est, in principio scilicet, ibi enim sanguis alia indicantia vincit, ubi autem & in quo loco: omnes venam

venam cubiti secant. Avicenna primum basilicam mox sa-
phenam referat. Alexander in suppressione urinæ tali venam
tundi vult. Eustach. Rudius insignis Philosophus & Medicus Basili-
cam dextram secat, & si dolor partes supra renes vel umbili-
cum infester, & magis in parte dextra, secundâ vice & eadem
die ex dextra Salvatella sanguinem mittere jubet. Si magis si-
nistras partes urgeat ex sinistra brachii vena, quod si infra um-
bilicum sinistri lateris infester, venam pedis è directo doloris
referare debemus. Tundenda igitur erit vena brachii, jecora-
ria, si inflammatio sit supra umbilicum, cum revulsio ex op-
positis & quantum quidem fieri potest è parte adfecta remotis-
sima instituenda est & ex venæ eligenda quæ cum mittente
communionem habent. Jani autem nulla pars corporis organica
majorem cum hepate, tum ratione vicinitatis, tum ratio-
ne connexionis venarum ipsis intestinis affinitatem habet, do-
cente Riolano. Anatom. lib 2. c. 24. Si infra umbilicum inflam-
matio resideat, ita ut urina supprimatur secundum Trallianum
secetur derivationis gratia vena malleoli, & ubi prius per bra-
chii venam facta est revulsio. Nam eandem à principio ape-
rire, secundum Galenum lib de curat. persang. missionem. c. 16. ad
Glacon. c. 2. nihil aliud est, quam malum augere, & jam antea
ruentem ad partem affectam sanguinem magis attrahere &
præcipitare. In pauca tamen sanguinis redundantia & in prin-
cipio locum habere potest, præsertim in nostris regionibus. Ra-
tione quantitatis, tutius est imo consultius sectionem per inter-
valla repetrere, & nunc paululum nunc plusculum, prout vires
se habent, repetitis vicibus, cum eadem exinde proveniat utilitas:
& corpus æque refrigeretur & causa affectus dematur,
sanguinem detrahere. Quætitas tamen ex sententia medicorum
3vj. viij. l. viij. si plethora adsit non transcendat. Sic Forestus
uno die 3vj. per venam jecoriam, postero die 3ij. per ve-
nam saphenam detraxit.

Cucurbitule si venæ sectio, à viribus imbecillibus, vel at-
te aliisq; non consentientibus inhibeatur, probantur; & non
tantum quatenus ob inflammationem venæ sectionis vicem
gerunt, sed etiam quatenus propria ratione, ut medicamen-

G tum

etum flatus discutiens, agunt. Loco Venæ sectionis si adhibenda;
scarificatę superiori dorso, vel dorso & cruribus admovēdę sunt;
Si verò propria ratione; laudatur cucurbitula magna cum
multa flammā post totius evacuationem umbilico imposita.
In hujus defectu alij vulgare poculum vitreum supposita lami-
nā panis, cum cerea incensa candela vel etiam ollulam parvam
apponunt. Hujus cucurbitulæ testem habemus Galenū 12.
M. M. videbitur tibi, inquit, præsidium hoc in hujusmodi affe-
ctibus incantamenti cujusdam simile quid efficere, sive in inten-
tis, sive in qvavis alia corporis particula flatus fuerit excita-
tus: Illicè enim cucurbita admota, qui spiritu flatuoso cruci-
antur, tūm à dolore liberi, tūm omnino sani redduntur.

Hirudines quantum auxiliū hic habeant non video nisi
forsitan inflammatio ex obstructis hæmorrhoidibus & alijs flue-
re convetus, originem habeat, Hirudines enim iis locis corpo-
ris in qvibus cucurbitulæ consistere nequeunt, applicantur, &
jure qvasi dicata sunt anno ad venarum hæmorrhoidalium tu-
nicam perrumpendam. Ut de illis fusi agunt *Johan. Andr.*
de Cruce Chyrurg. lib. 5. de venæ c. 41. Paræus lib. 16. c. 62.

Cauteria qvod spectat, de illis nihil certi inter autores oc-
currit, & tantum *Foeribus* l. a. meminit illorum, & scribit qvoda-
m in declinatione tam curandi qvam præservandi gratia et-
iam cautorio usos fuisse, nosq; ad Gradum qui tantum illa in
colica pituitosa admittit, in aliis verò non, ablegat. *Johannes*
Andr. à Cruce in sua Chyrurgia aurea longa serie morbos in qvi-
bis cauteria adhibentur enarrat, sed colici doloris non facit
*mentionem, neq; etiam *Paræus*, & si conditiones ab ipsis ad-*
ductas, cur cauteria applicentur? exactius consideramus & per-
pendimus, non videmus qva ratione hic locum habere possint.
de qvibus tamen qvia instituti nostri rationem transcendit ci-
*tatus autor consuli potest, ut & *Joh. Riolan. Encheirid. Anat. lib.**
5. cap. 4.

Nos progredimur ad *Friktiones & Ligaturas*, qvæ majus
emolumentum & commodum secundum nonnullos afferunt.
Hæ enim qvatenu sunt vehementes & dolorificæ extingvunt
dolorē colicum, qvia secundum *Hipp.* dolor remissior à ve-
hemen-

hementiori extinguitur. Quatenus verò linteis calidis, sive manibus carnosis & calentibus in toto ventre & extremis adhibentur, revulsionis gratia instituuntur, ut poros cutis aperiant, flatusq; discutiantur. Uti hoc testimonja Galeni demonstrant, quæ omnia docent, extremorum vincula succos potenter revellere, & ideo etiam sanguinis aliorumq; humorum fluentium impetum sistere. Sic apud *Oribas.lib.de revulsione cap.ult.* hoc scriptum reliquit, yehementissimos humorum influxus revulsoriis præsidis ingruere prohibemus. Revulsoria autem præsidia sunt vincula quædam artuum. Et 8. secundum locos c. 4. succos ad stomachum fluentes, dolorem ac distensionem effecturos, ligaturis extremarum partium fortiter adhibitis, revellere præcipit.

Ad Cheirurgiam quoq; pertinet, prolapsi intestini in suum locum, si ex ruptura colicus dolor oriatur, apta & comoda restitutio. Diximus autem supra ex intestinis duo tantum Cœcum & Ileon in scrotum delabi & doloris causas existere posse, idcirco etiam de illorum repositione hic tantum agamus, illorumq; reductionem, ne error aliquid committatur, secundum præcepta & modum Cheirurgorum, utpote *Parai, Johann. And. de Cruce, Gwilhelmi Fabricii Hildani, & Celeber. Sennerti* iustiuamus. Si igitur intestina ex ruptura Peritonæi in scrotum prater naturam descenderint & extra propriam sedem prolapsæ fuerint, statim si flaccida & vacua reponenda, si minus Clysterum & Externorum ope (de quibus infra) feces molliores reddantur & educantur, post æger supinus in temperato loco situetur, vel etiam in balneum emolliens ponatur, deinde intestina manibus svayiter versus aperturam repellantur & versus superiora comprimantur, donec paulatim ad superiora & interius universa impellantur. Reductis intestinis, ruptura consolidanda & ne intestina inflammatione corripiantur, & crurum & brachiorum ligaturæ instituenda; ne autem iterum excidant, fasciæ seu subligacula ventri infra hypochondria supra coxendicem propè ingvina applicari possunt, ita tamen ne partes, quæ sunt supra illia & ossa oblaudent, aut cutem atterantur. In comoda enim fasciarum applicatione in

junioribus & recentioribus rupturis tota ferè curationis spes
sita est, inquit Sennertus, & Reinerus Solenander conf. Medic.
Sect. 4. conf. 13. scribit: Se non patitos hernia affectos juvenes in
quiete degentes, fasciæ commoda ope percurasse, non admo-
dum multis adhibitis medicamentis. Hujus fasciæ seu cinguli
formam & parandi modum qvi desiderat, consulat Pareum
lib. 7. c. 15. Platerum træt. 3. Sennert. Prax. lib. 3 part. 2. Sect. 1. cap. 6.
Reiner. Solenand loco citat. & confil. 16. qvi omnes satis prolixè
ejus formam depingunt & parandi modum ostendunt.

Si colicus dolor sit extorsione vel intestini cuiusdam extra
propriam sedem prolapsu, tunc corpus & crura supra & deor-
sum extendantur, venter oleo liliaceo & amygd. dulc. leniter
descendendo & ascendendo fricitur & semper ad latera tra-
hendo ad locum ubi intestinum tortum percipitur. Et si hac
administratione ad naturalem situm nondum redeat, fortior
frictio adhibenda est, inclinando modo in dextrum, modo in
sinistrum latus, sursum deorsumq; & subinde rotatus contra-
hat crura, rursum subleve secundum Ilia, nonnunquam inor-
dinato motu se projiciat, de latere in latus se volvendo, donec
intestinum ad propriam sedem fuerit reductum, & tunc feces
ope Clysterum educantur & venter latâ fasciâ structura con-
grua, ne intestinum dislocetur deligitur, ac pariter ob metum
inflammationis ligaturæ crurum & brachiorum adhibeantur.
Restat adhuc ultimum curandi medium Sectio, scil. qvæ tamen
adhibitis, prius aliis auxiliis summâ cum diligentia & omnium
exacta consideratione & si ex aliis auxiliis nihil commodi pro-
ficiuntur dum demum instituenda. De qvâ consultatur Fallo-
pius, Platerus, Fabricius Hildanus cent. . & 2. obs. 8; 82. Pareus
lib. 7. c. 16 Hollerius lib. de morbis inter. c. 62.

Pharmacia respicit causas, de qvibus hic agendum & stu-
dendum ut causam mali auferamus, sic enim dolor verè miti-
gabitur. Qyia verò causa est multiplex meritò curatio in tot
capita, qvor sunt præcipuæ doloris cause distingvenda venit.
Primo igitur, ut teneamus ordinem causarum supra propo-
situm occurrit dolor colicus ex humore crasso lento & pituito.
fo, hic enim freqventior est qvam alii omnes.

Pro

Pro hoc superando tres se manifestant indicationes *Ven.*
tris lenitio. Nam in omni colica curanda prospiciendum ut al-
vus sit libera & aperta, aliás nihil in cæteris præstatre rectè pos-
erimus. 2. *Humoris preparatio*, 3. *Ejusdemq; Evacuatio*. Prima
indicationi satisfacimus lenientibus, qvæ vel ore assumuntur
vel per alvum injiciuntur. Per os assumuntur *mel, rossolut. Hi-*
em simplex, ol. amygd. dulc. recens cum manna in pingvi gallinæ ju-
sculo. Syrupus è sibina infectoria, sive domesticus dictus descriptio-
nis Matthioli in Diocorid c. 102.

Per alvum injiciuntur Clysteres, in qvibus promptum tu-
tumq; temedium & præsens est juvamentum, & pro regula hic
tenendum, qvod melius sit medicamenta in dolore colico per
clysterem injicere, qvam per os exhibere. proinde nemo illo-
rum usum inani timore aut inutili pudore commotus aversari
debet, illorum enim usus valetudini nihil incommodat, visce-
ra non afficit: haud obsunt ventriculo, & vires nec dejiciunt
nec labefactant. Parantur autem ex emollientibus, deter-
gentibus & flatus discutientibus ut sunt Radic. *althea, bryon, cu-*
cum agrest, Cyclamm. ebuli, filicis, iridis noſt, lili, alb. malv. &c. Fol.
Malve, alth betæ, Mercurial parietar. centaur. min. rut. *Salv. ori-*
gan, puleg. Chamed. Chamæpit, Iberid. Flor. *Chamom. melilot.*
aneth. Stachad. Arab. Semen *lini, anissanguine. rutæ, Thlaspl. &c.*
decoquuntur in jure veteris Galli, vel in hujus defectu, pernae
Suille vel alterius carnis pinguis, Dissolutis post coctionem E-
lect. Ind. maji. Benedict. laxat. Hier. epice. Galeni, Diaphanic. mel.
rosat. &c. ol. rutac. anethin. Chamom. lilio. alb. Iris. &c. Hisce
addi potest Theriaca vel Mithridat, nec non vinum generosum,
malvaticum, vel Hippocraticum, qvæ omnia huc plurimum con-
ferunt, teste Hollerio, qvi, mirifice prodesse scribit Clysterem
ex vino malvatico, in quo olei juniperi ʒl dissoluta fuerit.
Nec minus laudat hoc. R. *olei rute, nucum, aneth. vini malva-*
tici ana ʒij Confection. Hier. ʒj. f. Clyster, hic, pergit, prodest
temperamento & complexioni & pugnat cum causa & partis
consolationi confert. Hollerio ad stipulatur Reinerus Solenander,
inqviens, ubi doloris acerbitas non dat inducias, ut prædi-
cta incoqui possint vini aromatici vel Hippocratici vel Malva-
tici

sici una pars' cum altera olei nucum infundatur. Et paulo post. Ita vinum generosum cum oleo nucum vel anethino vel chamæmelino mixtum efficacissimum præbent in ipsis doloribus remedium, addit rationem: nam concoquunt, laxant, leniunt, calefaciunt, flatus discutiunt &c. tandem concludunt. Itaque cum Rondoletio syadeo vinum nullo modo in isto medicamenti genere prætermittendum. Circa usum autem Clysterum observandum ut semper à lenioribus incipiamus & deinde si mitiores non prosint ad aciores progrediamur. Et si unius vel alterius injectione malum non cedit, reiterandi sunt tertia vice & plures si opus erit, in quibus agarici albi 3ib & pulpa colocynth. in nodulo ligat. 3b coqui possunt. Deinde ea fugienda quæ flatus generant, hinc potius exiccatæ radices herbæq; ad decoctiones Clysterum assumenda, quam virides. Ceterum quantitas quoq; Clysterum intestina non graver aut distendendo dolorem magis augeat, nec multus spiritus una cum Clysteris materia intrudatur.

Secunda indicatio postulat humores crassos ac viscidos attenuantia, incidentia, concoquentia & ad purgationem preparantia, cavendo illa, quæ egregie calefaciunt, multum attenuant, & humores liquatos fundunt, & adhibendo ea, quæ sunt tenuium partium, & quæ non admodum calefaciunt, qualia sunt: mel rosat. colat. Syrupi de duabus, de quinq; medicibus, de Hyssopo, de betonica, capill. veneris rosar. solut. de absynth. Eleutherium Diacymin. Diacinnamom. Oxymell. compostum &c. Medicamenta item ex ♀ preparata, Spir. ♀ balsam. ♀ vis, spiritu therebinth. Alexander Trillianus inter ea quorum experientiam habuit singulariter commendat: Marubii herba decompositum cum mullo potui datum. Pro comprobato auxilio, & quod multos magnis doloribus liberavit, venditat, Origani scrupulum ex una mistura vini tenuis exhibitum. Crato in consil. medic. commendat radicem Imperatoriam eyatho vini maceratam & per triduum ante coenam haustu exhibitam.

Præparata igitur materiâ ejus evacuatio instituenda, quæ perficitur Purgantibus lenioribus quæ semper præmittenda, ne vehementium attractione ad locum affectum materia morbificata au-

ea augeatur. Vehementioris enim medicamenti vis oppilat; vi-
as obstruit & dolores immanes excitat, uti hoc confirmat *Hol-*
lerius ex Galeno, exemplo juvenis cuiusdam qui epoto Scammo-
nio, benè quidem & largiter purgatus, immisericorditer sævis-
simis cruciatibus agitatus fuit. Sunt autem medicocriter pur-
gantia qvæ hic locum habent. *Infusum seu decoctum Agarici,*
*Mechoacann: Elestuarium Diaphenic. Indum, Episcopi, Benedic*tæ**
*laxari*væ*. Hiericum agaric*o*, sem. Carthami. Diatur bith. cum Rha-*
barbar. Pilule mastichini: Cochiae, Jus galli antiqui cum agarico,
*sem. Carthami & seminibus carminati*væ* preparatum, cuius præ-*
parationem vide apud Amatum Lusitanum curat medic. cent. i.
cur. 53. Forst. obs. 7. Semen carthami valet proprietate quadam
*ad Colicam ex pituita*væ*, cum decocto galli assumtum vel per-*
*clysm*a* injectum autore Freitazio Auror. Medic. lib. 2. cap. 2. i.*
Ab Hollerio commendantur in summa doloris acerbita-
te *Pilula Arculani*, quibus se felicissimo successu laudem con-
secutum profiteatur & sic se habent. Rx. *Pulver. Hier. picea vel aloës*
pura & non lote 3*j.* vel *Thiij Croci* vel *ejus loco Caftorij & opij*
a. gr. j vel. ij fiant Pilul. Terebinthina ad Colicam si causa sit fri-
gidà utiliter sumitur cum vino malvatico, aut aliquot guttulis
olei anisi, carni cortic. aurant. desil. Crato in suis consilijs. 165.
commendat bolum ex cassia & hiera cum oleo amygdal. dulc.
qvod sit egregium remedium ad excrementorum alvi & pituitæ
educationem. Si modō esset, forsitan ob summam amaritudi-
nem, qui eo uteretur. Sic autem se habet.

Rx. *Cassia recent. extr. 3*j* aut si cassia recens non ha-*
beatur sumatur pro cassia Elestuar leniiv.

*Spec. Hier. picea. 3*j.**

ol. amygd. dul. rec. q. S. M. f. bolus.

Rhabarbarum & Myrobalana licet sint purgantia mediocria hic
tamen ob vim eorum adstringentem adhiberi commodè non
possunt: ut & Sena & Cassia ob flatulentiam quam dignere &
excitare solent. Hæc omnia vel per os præberi possunt vel ad-
ditis oleis infundi. Et si humor levioribus educi potest for-
ta omittenda. Tutius enim semper est per vices medicocriter
purgantia propinata, qvam una vice vehementia & illorum at-
tracta-

tractione materiam morbificam augere præsertim in principio.
Verum cum interdum dolores Colici adeo sint pertinaces, &
plerumq; dolor & adstringit alvi insignis connectantur, ut neq;
Clysteres validi neque lenitiva, licet sint copiosa, alvum subdu-
cere possint & levioribus purgare sit difficillimum, non video,
quid obstat, qvōminus eti Leonhard. Fuchs 2. Parud. 14. pur-
gantium usum in Colicis improbarit, ad validiora purgantia
sit progrediendum, nisi autoritate & præcepto Celeberrimi Sen-
nerti dicentis, Fortiora purgantia raro in hoc affectu usurpan-
da: si tamen mitiora non prossint medicamentis Diagrid. gr. iij.
l. iiiij vel Hier. Diacalocynth. 3j. adiuvare licet. Et Hercules Sa-
xonia de seipso l.a. ita scribit: Ego uno die pluros colicos medi-
camento sequenti servavi.

B2. Diaphan. 38

specier. bier & 3ij.

M. & cum Sacharof. Boli.

Aetius, citante illu Sennerto exhibit Hierum Logadij & po-
mum colocynthid. excavatum & certo modo præparatum, quem
vide ap. Sennert. Prax. lib. 3. de dolore Colic: Egregium Exem-
plum habet Amatus Lusitanus curat. med. cent: 1. cur. 22. de dolore
colico ex pituita in muliere quadam, prope Castellum novum:
contra quem Clysteribus acribus & fortibus usus est, ibi simul
docet ultimis morbis & periculum secum ferentibus ultima
medicamenta esse adhibenda, fultus doctrinā Galeni. Meth.
med. minimè enim, pergit, sicuti medicorum nonnulli censem
à parvis semper incipiendum auxilijs est, nec sicut illi dicunt
sentientium, ista scilicet prius esse tentanda, mox si nihil profe-
cerint aggredienda majora. Nam in morbis inqvibus pericu-
lum non impendet, vera ea opinio est. Ast ubimoriturus ager
est, alienisimum est à ratione à minoribus inchoasse: nam si
cuit reliqua omnia ab Hippocrate tradita, ita illa qvoq; senten-
tia recte est dicta, nempe ad ultimos morbos ultima prorsus re-
media maximè valere.

Vomitus quamvis raro in hoc affectu locum habeat, non
tamen prorsus negligendus, imprimis si pituita hæret in primis
vijs, & si dolor colicus accidat post assumptum cibum vel in sto-
macho

macho fluctuantem. Vomitio enim id qvod viscosum, crassum & pituitosum, educit, nec copiosum collectum rursus intestinis influere sinit, qvod aliorum iterum dolorum autor existat. Sunt autem ex vomitivis : Semen Anethi, Atriplicis, radix Asari, flores Genistæ, Aqua nucum viridium de stillata, oleum Anethi, amygdal. olivar. dulc: Aqua tepida. &c: Syrupus Acerosæ, oxymel simplex Scylliticum, Gum. Goss. lax. Vitrum & Flores Antimon. Sal. vterol. vomitiv. Quercetani. Gillæ Theopb. Flores Butyri, Sulph. Electuar. Sulph. Crollij. Aqua vomitoria. Rulandi. Mercurius vita &c: Hujus nostræ sententia. Autores sunt. Alexander Trall. qui docet loco sapienter citato oportet autem non solum in ipso morbo vomitum ciere : sed etiam quando conqviescit id faciendum est. Hercules Saxonia Præst. med. l.3. c.25. Pro superanda, inqviens, pituita opus est medicamentis revulsoriis, & maximè vomitorij, hæc parantur ex jure alterato cum anetho, aniso, addito. oxymel. simpl. vel Scyllit. Hæc repetit Prælect. Præst. part. 2. c.30 de dolore colico. Huic sententia fuisus subscrabit Reinerus Solenander. consil. Medic scđt 3. Conf. 28. Consulendum patienti (laboravit dolore colico) vomitione etiam aliquoties, ubi opus fuerit reciterata ; ut pituita innatans ventricalo ejiciatur. Addit rationem: nam ea per alvum medicamentis purgare propter loca ibidem affecta non admodum securum videtur. Hisce adjungere libet Amplissimum Foreustum obs. lib. 21. obs. 7. Amatum Lusitanum qui uxori cuidam in dolore colico exhibuit vomitoriu quod habuit femin. anethi. mphan. ana ſj. f. decoct. in li jaqvæ & colat. adde oxymel simpl. ſij M. t. vomitor. qvo assumto pituitam crassam & viscida evomuit & sanitati restituta est. Videatur qvoq; obſrvat. 6. lib. 3. Augusti Thoneri. Qui Præfuli cuidam cænobij Linensis, Colicae gravissimæ obnoxio, sapient per os ingestis & per injecta clysmata evacuato corpore, non minus dolore recurrente obtulit Emeticum Diasari Eernel. ſij cum hydromel. ſiij. hic postea unius horæ intervallo ingentem copiam humorum phlegmaticorum rejecit, desinente vomitu, sanitas stabilior succedit, nec dolor amplius redit.

Tempus est ut ad externa progrediamur, qvibus simul, dum attenuantia usurpantur, commode ad partes laxandas uti possumus. Imprimis autem hic locum habent duo à Trulliano commendata atq; laudata remedia: *Incessus* & *Balnea aquæ dulcis*. Aqvæ enim incessus, inquit, optimum est horum medium, etenim affecta mitigat, curatq;. Præsertim autem conveniunt, si incocta fuerint: *fennugrec. althea, chamael. artemis. aneth. lauri fol. cumin. Sambucus*, & alia humoribus crassis discussiendis efficacia. Ante balnei autem ingressum omnino ut alvus prius emollienti Clystere laxetur studendum. Si consideramus naturam & proprietates balnearum naturalium, qvæ Thermae vocantur, & quatenus secum ducunt ♀. Θ. ⊕. O. Bitumen &c. qvorum permixtione acquirunt vim aperiendi, penetrandi, digerendi, resolvendi, discutiendi, emolliendi, abstergendi &c. summa cum utilitate si modo cum recta ratione & bono ordine adhibeantur, in colico dolore usurpari possunt. Et nostro tempore in magno usu sunt Thermae Teplicenses, de quarum facultatibus & vero modo utendi consultatur *Casparus Schwengfeld. in Descript. Thermarum Teplicens. & Hirsfeldens. Job. Baptista Sylvatic. controvers. 6f. Petrus Johannes Faber in Pallad. Spagyric. c. 17. Crato in suis consiliis nobili cuidam colica pituitola afflito etiam consuluit, ut singulis annis semel in Thermis layet, rationem addit hanc, si quid aliud, maximè Thermarum usus labefactatum calorem erigit. Hirschbergenses laudo sed Landecenses eti calefaciant, multis de causis præfero. Alexander Trallianus de balneis his ita habet.* Qvod si in naturalibus qvoq; aqvis lavare velint magis adhuc curantur & in totum consanctent, præsertim si fuerint sulphurata & bituminosa: ac ut ex ejusmodi aqvis bibant ipsi concedendum. Habent enim vim abstergendi & expurgandi, si quid viscosum tum ventriculo, tum intestinis infixum deprehendatur, ac subinde restituunt, totumq; morbum prostrus personant. Sic Job, Petr. Lotichius lib. 4. obser. c. 6. obs. 2. magistrum qvendam eqvitum, difficile & diurno dolore colico laborantem, frustra adhibitis remediis tandem Thermis exposuit. Ad externorum classem pertinent etiam *inunctiones ex oleo*

oleo amygdal. dulc. chamæl. aneth. laurino, liliorum alborum o-
leo Templino &c. Zibethum per se umbilico infriatum & in-
unctum cum magno doloris blandimento juvare apud Auto-
res reperitur. Rationem habet Reinerus Solenander Qvod vis
ipsius penetrans calorifica promte se in intestina insinuet &
qvicquid nebulosum sit, discutiat ac dissolvat, qvod humidum
siccat, & medicriter ita usurpatum calefaciat. Hartmannus in
sua Chymiatrica jubet inungi umbilicum Balsamo Apoplectico
cui admisceri possit gr. j. l. ij. Zibeth, aut Zibeth. cum oleo nu-
cis moschat. express. Adhibenda quoq; sunt fomenta humida ex
decocto florium chamæl. melior, femine fænugræci, lini, rute,
origano & aliis, qvæ si calidioribus opus in vino coqui possunt
vel potius spiritu vini camomill. rute, admisceri potest &c.
Sicca qvibus liqvata & attenuata, exhibentur & discutiuntur, ut
sunt Sacculi ex milio, avena, sale, furfure, pulvere chamæl. ru-
te, anethi, lauri. Homines inferioris conditionis solent tegu-
lam vel operculum, aut lateres calefactos & linteo involutos
loco affecto admovere. In hunc usum expolitor lapis Ophi-
tes, qui foditur Mariæbergæ & vulgo Serpentarius dicitur.
Consule Schroder. Pharmacop. Med. Chym. lib. 3. c. 7. Reinerus
Solenander in suis consiliis aliud fomenti genus, quo in Herru-
ria mulieres in omnibus doloribus ex frigidis humoribus utan-
tur, ita describit: Accipiunt fila cruda, ut ea in Rhombum de-
ducta sunt, istum manipulum ablatum condunt multo cinere
qvercino, & affusa aqua, qvæ satis est, coquunt tamdiu, donec
mulieres filum in usum excoccum intelligunt. Exemptum, ex-
coccum & leviter expressum applicant. Magnas vires huic fo-
mento tribuit Hercules Saxonicus, & dicit se vidisse inter catena
momento temporis curatos dolores ex glomere fili crudi ca-
lantis ipsi ventri impositi. Conferunt etiam cataplasma ex
malva, bismalva, farina lili, Seminis lini, fænugræci, anisi fani-
culi, cum oleo chamæl. rute, oxymelite &c. Catapla-
ma Excellentiss. Dn. D. Schneideri Preceptoris ac Fautoris mei
plurimum hononandi.

Rx. Rad. Althææ 3j.

fol. malve

H 2

Flor.



Flor. chamomill.

violar.

melilot. ana M.

Sem. lini

fænugrac. ana 3ij.

Coqve s. a. addendo

Farin. fænugrac.

lini ana 3ib.

Croci 3b.

Ol. chamom. q. s. f. Cataplasm.

Huc pertinent Unguentum & Emplastum discutientia & evacuantia, ut Unguentum de Arthanita, Agrippae, Emplastrum Emollientium Ampliss. Foresti.

R. Ammoniaci in aceto dissol. 3j.

Unguent. Dialyt.

Empl. de melilot. ana 3b.

Pulv. rad bryonie

Iridis ana 3b.

Pinguicula. Anat.

Anser.

Gallinae ana 3iiij.

Bdellii.

Galbani ana 3ib.

Ol. Irin. 3ib.

Mucilagin. sem. lini

fænugrac. q. s. addendo

Cere 3iiij.

Therebinth.

Resinæ ana 3ib. f. Ceratum.

Colica à flatibus suborta, iisdem remediis & eadem methodo curatur, qvibus ea, qvæ ex crassis & frigidis humoribus facta est, additis saltē flatus discutientibus, & habito simul respectu ad causam, à qua flatus proveniunt, & ut alvus sit aperta; utendum igitur primò Clysteribus ex emollientibus & alvumentibus, de qvorum materia supra egimus. Qvæ autem flatus discutiendi vim habent vulgo carminantia dicuntur & ex-

sim-

simplicibus. Radic. Angel. calami ar. galanga, gentiane, Imperator.
Iridis fl. Zedoar. Semen Anisi, fænicul. ameos dauci, cumini, Cinae
mom. Herb. abrotan. aneth. calament. dictamn. mithoran. melilot,
menthe, ocytum, serpilli; Origan, Galang. folia lauri centaur min.
caryophyll. baccæ juniper. lauri, matis, Cortices arantiorum, cassio-
reum &c. Ex Compositis: Decoctum carminativum, electuarium
de baccis lauri, species Diacuminii, dianisi, Dia calamentæ, Dia-
galanga, Diatrion piperion, theriaca, mithridatum antiquum.
Ol. desil. anisi, fæniculi, carui, cumini, radic. angelic. caryophyll.
&c. Ex his igitur qvædam per os assumentur qvædam per
anum injiciuntur. Qvemadmodum autem in causa pituito-
sa Clysteres primas habuerunt, ita & in flatuosa, qvod æq; mor-
bus ejusq; causa potissimum in colo sint, & ea qvæ per os assu-
muntur teste Galeno lib s. M. M. integris viribus ad inferiora vix
pertingere possint; Clysteres autem hæc sine ulla molestia vel
periculo perficere valeant, primum locum teneant, ex re esse
videtur, præsertim, cum qvæ per os sumuntur calidiora esse
majoraque copia ingeri debent, si commodum ullum
sint allatura. Hæc verò qvæ tenuium partium sunt, facile per-
meant, pituitam colliquant, flatus excitare & malum malo ac-
cumulare queunt. Tutissima ergo administratio & sanitatis
citissima recuperatio in Clysteribus rite apparatis consistit.
Formulas adnectere supervacaneum esse putamus, cum pro cu-
jusq; ægri natura & constitutione, aliisq; circumstantiis, à
præsenti Medico ordinati ac præscribi rectissime possint. Præ-
ter euumerata autem flatus discutientia ex præcepto Hippocratis
lib. 4. de dietæ. Vini malvatici, vel alterius potentis & aroma-
tici fl. vel etiam plus injici potest. Aut ex sententia Galeni lib.
z. ad Glaucon, eductis fecibus infundatur oleum aliquod tenui-
um partium, quale est rutaceum, laurinum aneth. amygdal. dulc.
aut commune, in quo incosta fuerint medicamenta, qvæ cum
partium tenuitate vim calefaciendi habent, quale est, cymimum
femen apii, petroselini, fæniculi, anisi, Seseleos, dauci, ru-
ta & baccæ lauri, & qvæ simili calefaciendi facultate sunt præ-
dictæ. Circa usum Enematum observandum, qvod quantitas
Clysterum flatus discutientium non semper ad communis cly-

steris moleri, quæ libris plus minus describitur; accedere debet; sufficiunt 3vij. vel 3x. nam ita diutius continentur efficaciusq; vim suam in intestina exerunt. Ex iis quæ per os afflumuntur, laudatur ex supra positis *confectio ex bacis lauri* 3j. aut ij. cum 3j vel ij *vinicalefatti* exhibita. *De decocto chammamel.* in aqua fontana, aut vino albo tenui, scribunt Practici, quod in doloribus hisce leniendis, mirabilem habeat efficaciam, & mirificum præstet auxilium, quemadmodum etiam *decoctum cumini* per se, aut cum fl. chammæ. Imprimis autem si illis 3j aut altera ol. amygd. dulc. recenter expressi, vel in hujus defecitu ol. commun. aut ol. sem. lini cochlear uuum adjiciatur. Olea enim præterquam quod anodynæ sint latera etiam ventriculi & intestinorum ut habet *Galenus* impingvare, sua vi emplastica venarum oscilla obstruere, trahendiq; facultatem enervare solent. Præterea efficiunt ut dolorem sedantia, frigiditatem corrigentia, statusq; discutientia medicamenta, cito ad locum affectum penetrant, nec tam avidè à venis absumentur. Exhibitetur quoq; vinum generosum in quo flores chammæ. *Epithymus* cum suritat, thymi, semen cleris montani anisi & id genus alia macerata fuerunt. Hinc vina factitia ex calidis & discutientibus composita ut *vinum zedoarie*, enulatum anisatum & alia hic commendantur. Præstantissimum quoque remedium est *Pulvis radicis Zedoarie* à 3j ad 3l. in jure vel vino generoso propinatus, ut & aqua ejusdem cum aqua *Veronicae* destillata. *Veronica* enim à *Johanne Cratone* cons. 169. singulariter, quod à proprietate colicis medeatur, commendatur, dum in juscuso gallinaceo cum 188 vini *Malaunici* & *Myrrh.* 3l. decocta & clystere injecta, tum etiam in vino 3l. *Myrrh.* decocta, data & exhibita. Idem autor commendat midicem *Imperiorie*, quam cyatho vini imposuit & singulis diebus Baroni cuidam generoso ante coenam haustum dedit, summa cum doloris remissione. Multis etiam insigniter profuisse legitur *Castorei* 3j. vel 3l. dissoluta in vino cum paucio cinnamomo & croco. Efficacia quoq; sunt olea destillata supra adducta, in die ad guttam unam vel alteram in jure vel vino exhibita, vel cum Sacharo in formam Rotularum redacta. *Quercetanus*

tanus in suo Diatetico ruricolis & pharmacopais longè remotis
præscribit oleum ex nucleis nucum juglandium sccis expressum, si-
ve solum, vel cum vino generolo usurpatum. Hæc sic admi-
nistrata & si opus fuerit repetita ut plurimum integrum sanita-
tem restituere solent. Sin autem affectus sit contumacior,
aut pituita, ex habitu totius corporis in intestina defluat: Phleg-
magoga moderate purgantia, præparata & habilis reddita pi-
tuita præscribi & ordinari possunt qvorum materia ex præ-
dientibus hue erit transferenda.

Diaphoretica, peracta humorum superflud redundantium
diminutione, & præmissa universalis purgatione, non sunt ne-
gligenda. Hæc enim seu intro sumta, seu foris adhibita, atte-
nuando & detergendo, resolvendoqve non solum obstructas
corporis humani vias aperiunt, sed obvios etiam humores in-
cidunt digerunt ac vel sensibiliter vel insensibiliter expellunt.
*Zacutus Lusitanus Histor. Medic. Princip. l.4. de diaphoreticis scri-
bit*, illa in dolore colico in discutiendis flatibus strenue suo
fungi officio. Et à *Carolo Pijone Sect. q. de morb. infim. ventr.*
à *collus serof. cap. 2. observatum est*: Sæpiusq; dolores hosce à
fudoribus maximè quiescere & averti. Sunt autem ex nume-
ro Diaphoreticorum: Radices Apii, Feniculi, Petroselini, Bar-
dane, Tormentilla, Pimpinelle, Zedoarie, Angelie, Corticis Sam-
buci, Ebuli Dulcamara, Radix Sarsa Parilla, China Lignum Gv-
ajac. Saffafns, Term lemnis sigillata. CC. crudum, CC. uslum, CC.
Philosoph. præpar. Magister C. C. Sal. C. C. Decoctum atq; Extr.
ligni Gvajaci, Sarsaparilli. Essent. Saffafras. Spir. Saffafr. Spir. Ⓣ.
Spirit. theriacal. mixtur. simpl. antimon. diaphor. ♪. aurat. Bezo-
art. miner. simpl. Bezoart. Ⓣ &c. Vinum ligni Gvajaci mirum
in modum extollit *Amatus Lusitanus Curat. medic. cent. i. curat. 32.*
& dicit, qvod hoc vino pro hac domanda ægritudine, nihil san-
ctius aut divinius sit, ita autem parare jussit:

R2. Ligni Gvajati, noviter elimati, nihil nigri haben-
tis, qvod recens sit oportet, nam alias satius est,
multum nigri possidentis accipere. 3X.
Corticis ejusdem ligni gummosi pulverisati 3ij

Per

Per 14. horas madesacere finito: deinde vero ad lenthum ignem
ebullire ad medias finito, qvod vinum percolatum & ab scobe
illa depositum in olla minori decem libras continente injicito,
cui adde

herb. hyssopi

pulegij

anethi ana fasciculum unum iterum ad ignem
bulliant, donec maneant libræ septem, facta tandem colatura;
vinum remanens, primum dicitur, qvod syrapi loco in aurora
pondere octo unicarum exhiberi potest. Commendatur pre-
terea aqua exradice Zedoariae cum bacis sambuci parata. Cu-
juſ cochlear. j vel iſ sudorem potenter movet & flatus dissipat
Autore Cratone.

Extrinsecus varia conducunt, cunprimis autem parari pos-
sunt fomenta & faceculi e floribus Chamom. summitat. anerb fol:
calaminth. rut. milio. sale; sem. fenugrec. fol. lauri, additis pene-
trationis causa gut. aliquot oleorum stillatiorum, qui per se
vel vino calente irrorabi, calidi venri applicentur. Pariter li-
cer uti inunctionibus ex oleis supra positis. Huc quoq; perti-
nent Emplastr. de baccis lauri, de Melilat. Unguent. Agrippa. Gū-
mizcamachacae & Garmanne Emplastri modo imposita. Sum-
marum virium censemur Galbanum cum Spiritu Therebinth. di-
gestum & destillatum & extrinsecus illitum. Consul. Schröder.
Pharmac. Med. Chym. lib. 4. claf. 2. Olei Saponis gut. vj. umbili-
co cum gosipio imposita, maximè contra coliam flatulentam
valent. Hujus olei præparationem vide in Infit. Sennerei lib.
5^r part. 3. scđl. 3. c. 6. vel Rz. Stercoris caballini recentis quantum
satis est, & cum oleolini, chamomeli, anerb. fecibus olei commun.
aut cum vino & flor. pseudonardij formetur Emplastrum ad ignē
admoveaturq; loco dolenti quam fert calidissimē. Huc per-
tinent lateres calefacti, item lapis ophites supra proposito modo
impositus; similem usum habere censemur affirqueranus calide
impositus & panis e furno calcis applicatus. Valer quoq; in hoc ca-
su si cingulo partes abdominis constringantur, ut habeat Hart-
mannus in Praxi chymiatrica, qvādo scribit; Qvod si nec flatus di-
stendentes expediūtur loco amygdal. dule. exhibe sp. Therebin-
thinæ

thinæ 3j. ad summum, postea arctissimè cum fascijs liga Ven-
trem (mit einer Händquelen 3 mahl umb den Leib gezogen
von 2 starcken Personen) & flatus omnes dissipabuntur. Sunt
& infinita alia non sine ratione huic malo inventa remedia, ut
balnea, infessus, Cataplasma & alia, qvæ partim su-
pra adduximus & hoc conferenda, partim brevitatis studio o-
mittimus.

Sidolor proficiscatur ex humoribus biliosis calidis & a-
cribus, refrigerantibus & humectantibus illi occurrentum est.
Et ut in omni Colica eo prospiciendū ut alvus sit libera & flu-
ida, ita & in hac colicæ specie maximè est necessarium, hoc au-
tem perfici potest, si refrigerantibus humectantia & ev- cuantia
adduntur. Refrigerantia qvæ hic conferunt ex simplicibus sunt:
Herb. intybum acetosa, portulaca, myrtus, malva, lactuca, spinacia,
brassica, flores rosarum, bormginis, bugleß, pasque majeores & mi-
gores, cerasa, fraga, mellea, ribes, berberis. Semina 4. frigid. ma-
jora & minor, bordeti, acetosa, coriandri aceto preparant. Rad. ci-
chorij, acetosa, asperg. tormentill. Glyzorrhiza, nymphæ, serum
lattis, C. C. lac reperfatum &c. Ex compos. Ag. viol. ros. frago-
rum sine vino. acetosa, acetosel. Cichorij. Decoff. bordeti. santonor.
jus pulli in quo Endivia, lactuca & brassica cotta. Syrupi acetos. citr.
acetos ceris rhibium. berber. oxydachar. simpl. Julepu rosarū. violarū,
&c. Uno verbo refrigerantia stomachica. Acutissimus Caput accius
singulariter probat medicamentum compositum è zvolis, po-
mis, lactuca, nymphæ vel sine Sacharo vel cum sacharo. Conve-
nient hie quoq; secundum Prædictos potus aquæ frigidæ, quo
ramen circumspetè utendum & tantum illis qviviribus robu-
stis sunt exhibendus, uti crudite moret Amatus Lusitanus. Cu-
rat. med. cent. 7. curat. 21. Aquam, inquiens, colica affectione la-
boranti dare, non cujusvis trivialis medici est, proinde cave-
ant artem medicam exercentes: dare etenim frigidam copio-
se coli dolorem patientibus, qui jam diu multis & calidis reme-
diis, sed frustra usi sunt, ut non periculosem, præsertim valde
stientibus, ita memoria hic relinqvo. Usi arte sunt aquæ fri-
gida non inferioris subsellii Practici. Alexander Trallianus glo-
riatur, se aqua frigida è toto biliosum dolorem sanasse. Ad
I
hæc,

hæc, ait, frigida aqua usus sum, in quibus vites robustas, & principales particulas illætas deprehendi, ac scio levasse me omnino dolorem, & totum morbum ne amplius reverteretur prohibuisse. Hujus quoque observationes habemus apud prænominationem *Lusitanum Cent. 1. Curat. 2.* in uxore cuiusdam Centurionis Genuensis ex colico dolore intensissimo decumbente, cui aquam frigidam bibendum tradidit, quæ exhausta, dolor subito incatamenti instar levatus fuit. Sic *Centr. 58.* ejusdem *Centuria*. Juveni cuidam viginti annorum, non solum gelidam aquam in potu concescit, sed insuper etiam pannum lineum frigida aqua immersum, ac manu pressum umbilico admoveare iusit, quibus paucis adhibitis intra triduum sanus factus est. Simile exemplum habet *Centur. 7. Curat. 21.* Utilissimus in hoc casu censetur, Clyster qui fit ex lacte caprino, cassia, oleo communii vel butyro, quibus addendum parum Electuarii hiera, melis violacci & salis nitri. Hisce præmissis & aliquoties repetitis si opus, purgantia per os post præparationem humorum, Syrup. granator. limonum endivias &c. commode & utiliter exhibentur. Cujusmodi hoc in casu sunt: Syrup. rosav. & violar. solutivi. Electuar. diaprun. Solutiv. Tamarindi, manna, Rhabarbar. Pilul. ex aloë. Hier a picra, Electuar. ros. lax. & manna vel cassia dissoluta in aqua hordei, aut decoct. prun. dulc. &c. Ne autem aliquem offendat, quod inter alia etiam posuerimus Hieram picram, tanquam medicamentum calidum & huic affectui minimè commodum; Ille sciat bilem & humores actes interdum intestinis pertinaciter inhærere, ita ut abstersione nobis opus sit, ad quem usum Hier a picra valde est soletinus, probè enim lentos humores intestinis adhærentes eluit. Ne autem vi calidorum patiens lœdat, cum refrigerante aliquo est exhibenda, aut secundum *Capivaccium Apozema* refrigerans aut aqua hordei, vel Cichorei post eam exhibenda. Celeberr. *Sennerius* nobis commendat multiplici usu probatum oleum amygdal. dulc. si scil. dissolvantur in juris pulli, in quo flor. chamaem. Pugil. j. ebullierit s. q. mannaæ ſib vel ſij. coletur & addatur ol. amygd. dulc. recenter expressi ſib vel ſij. Huic adſtipulatur *Schroderus in Pharmacop. Med. lib. 4. class. 1.* oleum amygd. dulc.

dulc. ait, lenit. maturat, anodynū est, ususq; p̄cipui in colico ac Nephritico dolore mitigando, propinatum dos. ʒij. vel ʒij. cum manna, vel clysmate infusum.. Vid. qvoq; Quercetanus in suo Dietetico. Non minus etiam prodest ol. olivarum recens in quo flor. ros. soluti varum infusi fuerint cum jure mercuriāl. & rad. althææ. Ubi verò alvus est liqvidior & Dysenteria ob affluxum bilis & humorū acris, siquidem Dysenteria plerumq; à bile flava incipit, metuenda sit, jubet Galenus, alicam additis granis mali punici coquere, aut decoctum rhois obsoniorum, austeros fructus & alia adstringentia exhibere, qvæ videri possunt apud Practicos in fluxu alvi.

Extrm subducētā alvo, venter inungi potest, oleo rosar. enī mucilagine Seminis lini, ol. violarum, amygd. dulc. malv. alth. chamomil. lil. albor. pingued. Gallin. medul. cruris vitulini. vel adhiberi possunt Cataplasmata ex decocto althææ, parietar. flor. chamaem. bac. Junip. &c. Cmtio ait se felici successa umbilico adhibuisse destillatum ex Galbano, baccis lauri & gummi Ele-phi, de quo consulatur Consil. 172. ut & Sennertus Instit. libr. 5. part. 3. Sect. 3. c. 6. Laudantur qvoq; balnea aquæ dulcis, observatis tamen circumstantiis & consentientibus viribus. Comprimitis autem conueniunt atate vigentibus & calidiore temporeamento præditis. Reversi à balneo non statim bibant vinum, sed ejus loco cremen p̄fisanæ aut aquam tepidam. Utile es-set, habet Trallianus, si in totum vino abstinent possent, sin au-tem nolint, eo qvod ex toto vini abstinentiam ferre nequeant, concedendum ipsi tenue & aquosum,

Jam ordo causarum postularet, ut etiam Curationem Colicæ ab humore melancholico & scorbutico ortæ instituere-mus; verum cum, ut supra de causis ex mente Foresti diximus, iisdem præsidii qvibus pituitosa curetur, nisi qvod evacuantia & digerentia debent esse melancholice appropriata, idēc ne a-ctum agere videamus, lectorēm benevolū ad curationem Colica pituitosæ ablegatum volumus. Qvod verò remedia Melancholica concernit diligentius videri possunt penes viros in re medica meritisimos & Experientissimos Gregor. Horstium in tract. de Scorbuto, & Celebrissim. Sennertum Prax. libr. 3. part. 5.

Sect. 2. cap. 8. Huc enim omnia aut pleraq; afferre, non nisi magni laboris futurum esset.

Si dolor ab Inflammatione fiat, eadē curatio instituatur, ut in aliarum partium inflammatione, sanguis nimis affluens, à parte affecta avertendus, ejusdem fervor temperandus, ac id quod influxit discutiendum. Priori indicatiōni satisfacit omnium intestinorum unicum & communem remedium Venæsecțio. Quæ quando, quomodo & ubi secunda, supra in Cheirurgia diximus. averso sanguine repellentia & refrigerantia, sive per os, sive per clysteres, sive per inunctiones, sive per Cataplasma id siat adhibeantur. Catharticis diū morbus viget, ne dueant ad partem affectam, abstineādū, declinante verò in orbo ipsa probantur, quia excrementsa edueunt & aliquatenus inflammationem solvent. Locum hic habent ea, quæ supra de dolore colico à bile citta inflammationem, sunt proposita, excepta frigidæ aquæ potionē, quæ internis inflammationibus nocet. Ut monent ex Hipp. 4 de vītū rat in acut. test. 22. Sennertus, & Job. 22. Riolanus de morb. intestin. c. 42. qui etiam de hac curatione fusiū consuli possunt.

Curatio doloris Colici à calculo consistit in lubricantibus & expulsive ritractantibus: Quæ à vermis in necantibus & illos ejicientibus: Quæ cum raro contingant & licentes brevitas etiam transgrediantur, illorum curæ videri possunt penes Prædictos, quibus casus hirari contigere, quorum longum catalogum habet Schenckius in obs. Medicinal. lib. de Excrementis.

Progressum facimus ad Dolorem Colicum, qui ab obstru-
ctione & ex induratis fecibus oritur. Ubi primus scopus est,
ut obstruētio tollatur, emollire ergo & humectare debemus,
quoniam calida & secca intemperies intestinorum plerumque
hunc coniuncta, reperienda igitur sèpius erunt Enemata aut
purgationes. Quoad intrinsecus assumenda probantur, Jurap-
pingvia, jus galli decrepitisale & anetho repleti: hoc si secundum
Trallianum cum eo Polypodiū ſi coquatur, magis adhuc alvo du-
cendæ erit. Si vinum & myrra adjiciantur, multò ſav-
vius & ad alvi dejectionem efficacius evaderet. Oleum amygd.
dulce, butyrum, mucilagines althæ, malvae, ſem. lini, fanugrac. &c.

Prunæ

Pruna Brunensis; quæ in Moravia ita vocantur; ad alvum cienda ipsa cassia, pulpa efficaciora qvidam experrus est. Sic refert quoque *Schenckius*; qvosdam doloribus Colicis & alvi obstructione detentos, ex magna prunorum recentium commestorum copia solutos fuisse; alijsq; idem ex uvaram recentium larga commestione accidisse. *Trallianus* de hoc dolore ita sentit; Eos verò qui obsteroris duri obstructionem colico dolore vexantur multo hydrelao potissimum & multa curare atq; eadem propinare ipsis conandum est, ita namq; sterlus qvod exsiccatum jam induraturq; fuerit ex continuo injectorum usu humidum evadens ad infernas partes delabi & excerni potest. Ceterum, in hoc malo contumaci ubi obstructio perseverat, adeo ut fecum metuendus sit vomitus, pro illo cavendo non improbandi videntur, qui utuntur *argento vivo*; per os exhibiti, qvod ob gravitatem suam descendit, secundisq; feces educit. Sic legitimus apud *Schenckium* de nobili qvodam, qui, cum nullis remediorum à doctis Medicis præscriptorum machinis, doloris colici acerbitate liberari posset, tandem Germani cuiusdam amici sui consilio; hauftis olei amygd. dulc. sine igne extra-
sti 3ij. cum vino albo & aqua pariteras mixtis, deinde devo-
rata glande plumbeâ argento vivo illitatâ eademq; mox ano
reddit, cruciatu colico plante liberatus fuit. Sic *Henricus ab Heer*, *J.C.* cuidam ebrio dolore colico cum alvi omnimoda suppressione laboranti consuluit, ut asfumeret argentum vi-
vum crebat per corium transiit purgatum. Et certo affirmat,
sepe vidisse hoc sine noxa, momento citius, eductis secum fe-
cibus obviis per intestina transisse, ne autem interanca frigore
argenti vivi lardantur, statim Clysterem ex puro creticô vino
injicere iubet. In eodem consilio, ersi alii in hoc casu aureas
argenteas; aut etiam si illæ desint, plumbeas describant, svadet
& extollit argentum vivum, qvod pilis omnibus expeditius &
velocius, intestina perecurrat & perpurget. Qyod si nec hac
valida proficiunt, confugiendum est ex præcepto *Magni Hippo-
cratis Sect. 7. aph: 80. ad extrema ac violentissima*, & quidem hoc
in casu ad illud auxilium, qvod ab *Hippocrate lib. 4. de morb. c. 15.*
inventum, ab *Alexandro Tralliano* approbatum, & ab *Amato*

Lusitano cent i.cur.100. perfectius elaboratum ac *Cent. q. Curat.*
54. & 95. feliciter applicatum est, qvod ita se habet: follis fabri-
lis, qvo passim ignis accenditur, optimè concinnatus ano indi-
tur & eo fatus pro ampliandis intestinis, in ventrem immittit-
ur: qvo extracto, infusum emolliens per clysterem subito
injici debet, qvo stercora illico dissolvantur ac colligvantur &
demum educantur. Clysteribus vero hisce, semper admiscen-
dum *Sal gemme*, qvia iuxta *Forst.* ob. 9. peculiari vi dura ster-
cora dissolvit. Exterius applicari possunt, *butyrum*, *oleum amygd.*
adipes, *fel bovis*, *Unguentum Agrippae*, *de Cyclamino Sc.* *Amarus*
Lusitanus format *Emplastrum* ex stercore caballino recenti ad
ignem in frigorio, adjectis olei communis fecibus, semine Pseu-
donardi, lavendulae & loco dolenti admovet. Probatur etiam
Linimentum Reineri Solenandri Conf. *Medic. Sect. 3. conf. 29. um-*
bilico illitum qvod componitur Ex

Ol. amygdal. dulc. recent.

Pingued. anserini.

Butyr. majal.

Unguent. dialethae ana 3ij.

Colocynthid. gr. xv.

Salis 3ij.

Spec. Hier. & simpl. 3ij.

Digagryd. gr. iiiij. Misce Pro Linimento,

Qvod speciat curationem doloris colici, qvi interdum ob-
meatus bilarii obstructionem oritur, & quem Ictericitia comitari
solet, illa est facilis & consistit in remotione causarum obstru-
entium. Et cum de illa in disputatione nostra de *Ictero flavo*
Sub Praesidio Magnisci Dn. Rectoris, Dn. Patroni & Promotoris
mei aetatem venerandi superioribus annis habitu, actum sit, can-
dem hic repetere supersedemus.

Tumores coli qvibus interdum afficitur qvod attinet, &
qvod inflammationem, de illa supra egimus. *Cancer* vero
& *Scirrus*, cum in ejusmodi partibus hæreant, qvæ commo-
dè excidi vel exuri non possunt, & licet secentur aut urantur,
ulera tamen cicatrice induci nequeunt, curationem vix aut
admodum difficulter admittant, sed debent per mitigatione tan-
tum

tum remedia, vitam longiorem, minusq; molestam conceden-
tia, demulceri. Ut Hippocrates de illis *Seft. 6. aphor. 38.* ita scri-
ptum reliquit: Qibus occulti cancri adfunt, non juvare me-
lius, curati enim citius inteteunt, non curati verò longius vi-
tam trahunt. Unde vulgus occasionem dicendi cœpit: optimam esse medicinam, medicinā non uti. Consule *Celeb. Sen-*
nert. Prax. lib. 5. Part 1. c. 20.

Jam tempus est ut ad ea veniamus, qvæ intestina robo-
rante & in statu naturali conservant ac reliquias resolvuntur:
hujus generis in causa frigida sunt. *Theriaca*, *mithridat*. *Syrup.*
de abſynth. mentha, *cortic. citr.* *Masticini*, *de Strebadi*, *compos.*
Conserv. abſynth. menth. hyſſop. *Spec. aromatic.* *rosat.* *caryophyl.*
Diagalanga, *diacymin.* *diacinnam.* *Diatrion pipereon*, *aroma-*
tic. *rosat.* *dianisi.* *rosat.* *novel.* *Tragea aromat.* *Stomach.* *virid:*
grossa Augustan. *Condit.* *Acori,* *Zingib.* *nuc.* *mosch.* *Vinum ab-*
ſynth. *Spirit.* *Gli*, qvì à *Lib. vñd.* singulariter in colicis doloribus
commeñdatur, ut videre est in *Ciftá Epl. medic. Hornung. Ep. 3.*
Spiritus *Θ.* Qui intolerabiles cruciatus & dolores confessim
non solum fedat, sed & discutit & resolvit, recta ratione usur-
patus iuxta *Croll. Basl. Chym p 154.* *violatius*, *rosatus*, *Elixir* *Θli*,
Elixir proprietas Panckeli, *Pulvis ſtomachalis Quercetani fe-*
guens.

R. Rad. aronis prepar. 3ij.

Pulv. rad. aori vulg.

Pimpinel ana 3j.

Ocul. 25 38.

Cinnam: 3iij.

Salis abſynthi.

Junip. ana 3j.

Sach rosat. q.s. conficiatur Pulvis gustui gratus,
Tragea ad Colicam ejusdem. Pulvis contra Colicam. D. Kolreuer-
teri, D. Schalleri &c. D. Georg. Belzar. In causa calida Syrup.
granat. limon. ros. viol. Conserv. viol. ros. nenuph. borrag. rad. bu-
gloss. Spec. Diarrhod. Abbatis, Diatrion fantal. Diamargar. fri-
gid. Electuar. ex acetosa &c.

Hinc

Hisce antumeranda censemus, quæ ab Antiquis & recentioribus nonnullis, pro specificis & occulta proprietate agentibus venditantur. Nos enim cum Cel. Sennerto dubii hæremus, An in Colica quæ à causis manifestis ortum habet, dentur medicamenta quæ peculiari & occulta proprietate, dolores colicos sanent? Nam causa hujus effectus, ex qualitatibus manifestis reddi potest; Alia enim illorum habent vim attenuandi, abstergendi, & nitrosi quid secum ducunt omnemq; vim suam à sale obtinent, Alia ob similitudinem quandam vim & facultatem intestina corroborandi possident, atq; ita non immediate colicæ prosint. Ne autem Disputatio nostra aliquius defectus accusari queat, placuit præcipua nonnulla, ex mente tamen & experientia aliorum Medicorum adducere. A Galeno lib. io. de simpl. med. facult. cap. de Stercoribus, laudatur sacerdos lupinum album, quod non in terram decidit, & aestate in spinis herbis & fruticibus repertum est, & datut intus à 3lb. ad 3j. cum paucō sale vel pipere in vino albo, tenui vel etiam aqua; Foris vero libis ægroti in vinculo factio ex lana ovis à lupo lanata vel ex pelle cervina, appensum. Intestinum lupi, galericæ seu alauda pulvrisata, hæc enim tosta, inquit lib. de Theriac. ad Pisonem c. 7. si quis vesicatur colicos dolores mirificè tollit. C. C. preparat lumbrici terrestres, talus suillus, intestina gallinarum costa ac trita & à 3j. ad 3i. in vino vel aqua ratione causa frigida vel calida propinata & exhibita. Amatus Lusitanus Curat. cent. 3 curat. i. multis laudib; extollit Intestinum lupi, quando ita scribit. Nobilis Romanus, qui propè Capitolum habitat, colica affectione gravissimè torquebatur, ad quem plus minus, quinq; vel sex Medici invisendum venimus, contra quem dolorem cum multis & selectis medicamentis usi elemus præcipue per clyisma injectis, nullum praestantius aut divinus, remedium pro eo propulsando invenimus, quam lupi intestinum, in pollinem enim redactum & vino generoso exceptum ac calidum epotum, brevi opus suum complevit & ipse reger sanus evasit. Carent igitur, paulo post, Medici intestinum hoc apud Pharmacopolas semper ut habeatur. Lysius Medicus quidam apud Galen. lib. io. de simpl. facult. dedit sacerdos gallica

line (pabulo sicciori nutrita addit Weckerus) iis qvi diutino dolore vexati fuerunt, ex cōnomelite, aut ejus loco ex aceto aut vino aqua diluto. *Weckerus in sua Syntax. lib. ii. part. 2.* *Stercus equinum*, mistum cum vino ac per pannum colatum dat infirmo, ad vitandam autem nauseam addit cinnamom. & Sacharum. *Idem* comendat tunicas interiores ventriculi *Erinacei*, masculi qvidem in viris, foeminae in mulieribus adiectâ terciâ parte eorum qvæ incident, detergent &c. *Rodericus à Fonseca in suis consultat. consult. 57.* accipere jabet testiculos equorum castratorum, & eos vino generoso optimè lavare, & in furno non multum calido ne comburantur sensim exiccare, & usui servare, deinde tempore usus 3j. in pulverem reducere cum 3b. sem. anisi & in jure vel vino exhibere, tribus horis ante cibum. Hoc remedium, tanquam expertissimum, & ad dolores tam curandos, quam præcavendos, & quod à proprietate substantiæ suam operationem habeat, & in seipso expertus fuit deprædicat. Siqvidem hoc *Tom. 2. consult. 81.* repetit, illiq; addit Pulveris pongiarum qvæ reperiuntur in rosis sylvestribus 3b. Florum item fecalis pulveris. 3j. cum vino, & dicit: hæc medicamenta aliquando magnum ac mirum effectum parere, qvories scil. non magna est plenitudo, nec multi fluunt humores. *Extrinsicus* qvidam gestant intestinum lupi instar cinguli, qvidam cingulum pellis lupi, qvidam stercus lupi nucula perforata inclusum atque è collo suspensum, ita ut ad ventrem perveniat. *Cardanus l. 18. subtil. testatur*, umbilicum infantis nuper nati recessum, paululum in argentum aut aurum inclusum, cum modico sale alligatum & gestatum, ut carnem tangeret, multis, se vidente, profusile. *Autor libri de remedio paratu facilibus*, qvi Galeni nomine circumfertur, certò affirmat, si colico dolore vexatus dormientem canem ex somno excitaverit, & locum in quo dormiebat, perminxerit, moritrum canem, & colicum dolorem mox dispariturum. Plura alia videri possunt penes *Alexand. Trallianum libr. 10. c. 1. sub titulo de Amuletis*, nos illa qvia cum superstitione, qvæ Christianos non decet, juncta videntur, amicæ brevitatis causa omittimus, & tutius esse putamus, uti ejusmodi auxiliis ubi ratio maiorifestior cum experientia conjuncta est.

K

Re-



Restat adhuc ultima Indicatio Vitalis scilicet, cui satis-
facimus ex Fonte Dietetico, ex qvo omnibus ante enumeratis
compar vietus ratio desumenda est. Siqvidem secundum Hip-
poc. & Epidem. Sect. 8. Diætam negligere vel perspectam non ha-
bere, calamitatis plena res est. Et Galenus non solum Medi-
cis, sed & omnibus etiam Medicæ artis ignaris ut certam vietus
rationem obseruent serio fadet, qvando 6. de Sanitate tuenda
ita scribit: Omnibus communiter illud svasum velim, præser-
tim qvi, tametsi medicæ artis sint ignari, cogitationem tamen
habent exercitatam, ne veluti vulgus, ita ipsi qvoqve pecorum
ritu vietus ratione utantur: qvin potius usu explorent, qvia
nam ipsis cibus potus sit noxius, qvæ præterea qvantaq; mu-
tatio. Ita enim fieri ut in paucissimis opera Medicorum indi-
geant, qvousq; sani fuerint. Quid? Fuchsius Instit. Med. l. i.
S. 1. cap. 8. expresse docet: Diætam potissimum Medicinæ par-
tem esse, qna reliquæ duæ partes, qvæ curandis morbis præ-
sunt, consistere, suoq; munere fungi nequeant. Qvamvis
verò Diæta præcipue significet vietus rationem qvæ surcipitur
edendo & bibendo: tamen, etiam reliquæ res non naturales ue-
lunt aer, somnus & vigilia, motus & quies, Excreta & retenta at-
q; animi pathematz, ad eam qvoq; pertinent, docente Celeb.
Sennerto Instit. lib. 5. Part. 2. Sect. 3. c. 2. Idecirò doctrinam
illius secuti, de omnibus simul hic qvoq; agemus, ita tamen,
ut hæc omnia, licet causæ colicæ admodum varia & diversa
sint, qvæ etiam variam & diversam vietus rationem postula-
rent, præcipuis ejus speciebus frigidæ & calidæ, ad qvas reli-
qvæ facili negotio reduci possunt, applicemus.

Qvarce in Colica frigida AER sit calidus & siccus. In cali-
da ad frigiditatem inclinetur. Si non natura talis est arte in-
spersione super pavimentum flor. res. bugloss. borni. g. partulac.
nympb. &c. paretur & alteretur.

CIBIS in Colica frigida in principio sit pareus, postea of-
ferendi cibi boni succi & facilis concoctionis, ac attenuanti-
tibus & discutientibus condiantur. Ex genere frumentorum
eligatur panis neq; aridus neq; ponderosus & aquosus sed
benè coctus. Ex genere carnium. Caro animalium junio-
rum, vitulorum, hæduiorum, gallinarum, perdicum, turtu-
rum

fum, columbarum juvenum, Phasianorum &c. Vitentur in aqua viventium, item crudi crassi, viscidi, & mala concoctionis. Ex genere oleorum sit foeniculum, apium, asparag, Petroleum, in jure cocta. Sampsonius s. Amaracus, Serpillum, thymus, fatureja, puleg, origanum modice & in exigua quantitate sumta. Vitandus leguminum usus, excepta Pisana, qvæ cum lappato in eo colliqvato commoda existit secundum Aetium. Ratione Quantitatis omnia moderata existere debent, nec in una mensa multa fercula, variaq; ciborum oblonga offerantur, ne ventriculus in multis cibis concoq; vñd fatigetur. Ratone ventriculi & corroboracionis gratia addi possunt Aromata, piper, galanga, nux moschata Zz. Cinamom. Caryoph. Spica, absynthiæ mentha, macis, calamus, aromat. &c. Galenus maximè commendat allium, qvæ flatus discutit & minimè fitim generat: hinc rusticorum Theriacam appellavit.

POTUS sit cerevisia probè cocta & defecata, vinum sit album, tenui, pellucidum, mediocri etate, tenuium partium & adstrictionis expers. Ex vinis factitiis præstantissimum judicatur juxta Trallianum, apiatum, anisatum, absynthites, menth, è baccis lauri. &c.

Exercitium sit moderatum ante cibum magis prodest, qvam à cibo. Juxta Trallianum Motus & omnis exercitatio insigniter iis conferunt, qui diutius tali morbo laborarunt & frequentius eo corripiuntur, sive pedibus sive per eqvum sive etiam navigio movere corpus velint. Ratio est, qvæ hæc omnia extenuant, discutiant, & totum corpus excrementis liberum reddunt.

SOMNUS & VIGILLE, si modum excesserint malum, docente Hipp. Sect. 2. apb. 3. qvare si vel modum excedant, vel deficiant, ad mediocritatem reducenda sunt, naturæ enim integritas in mediocritate consistit ut habet idem apb. seq. Si in aliquo affectu necesse est ut alvus aperta teneatur, certe in colico dolore maxima cura opus est. **Alvus** igitur quotidiè officium faciat, imprimis à somno, idq; si non sponte, enemate doméstico vel glande provocetur. **MOTUS Animi**, ut sunt Ira, mœror, tristitia, gaudium magnum & inopinatò obortum studiose vivitan-

vitandi, cum pernitosi sint & varias in corpore excitent mutationes: proin potius indulgendum lētitiae, iebus Musicis & aliis cor exhilarantibus, ita tamen ne modum supergrediantur.

In *Colica calida* omnia contrario modo se habeant. *Cibus* igitur sit tenuis & refrigerans, boni succi & qui non facilè corruptur, & elixis magis æger utatur, quam assis. *Ex animalibus* convenient caro vitulina, hœdina, porcellorum, pullorum aviculorum &c. *Forestus ex Tralliano* commendat carnem Eri-nacei, ut quæ præterquam quod contemperet, refrigeret, præ-terra etiam stomacho grata sit, alvumq; & urinam moveat quibus hoc in casu nihil sit præstantius. *Ex oleribus*, ptisana, intybus, cichorium, lactuca, plantago, cum aceto vel paucō vino granatorum. Omne pomum quod refrigerat & humectat utilitate sua haud careat. Caveat æger à dulcibus, melle, sacharo, lacticiis ut & à cucurbita, quæ naturali quadam proprietate intestino colo adversatur. *POTUS* sit aqua cocta, aqua hordei, cre-mor ptisana. Si vino ægi abstinent possent, immunes ab accessione erunt, sin minus parec bibatur, & tale quod malum hoc exasperare non potest, ut est vinum tenui, album lymphatum. *Somnus & vigilia* hic quoque modum non excedat. *Excretiones alvi* quotidie respondeant laborandum est. *Exercitii* gestationibus, omnique motu multo & valido abstineant, nam ob vehementiora exercitia, humores aciores residuntur. *Animi perturbationes* omnes vitandæ præsertim ira & molestia; contra animi alacritas & serenitas, gaudio, jocis, & musicis concentibus concilietur.

Hæc breviter de dolore colico, qui ab humore frigido viscido & pituitoso, flatibus nec non calido & acri, tanquam frequensissimo oritur, tam quoad Theoriam quam Therapiam dixisse sufficit. Qui plura desiderat, adeat Practicorum Observationes & libros, ex quibus ea quæ nos brevitatis gratia omisimus haurire potest. Hic enim omnia percurtere magni laboris futurum & nimis longum fore; nec omnibus & per quam paucis datum est. Censore Galeno lib. i. simp.

facult. c. 12.

DEO OPT MAX. SIT HONOR, LAUS ET GLORIA.

X2588838

Retro

VD 17

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches



DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS
Dc
COLICO DO-
LORE,
Quam

DUCE & AUSPICE CHRISTO

Autoritate, jussu & Decreto
Amplissimi Collegii Medici in Illustri Florentissima ad Albinum Academia

PRÆSIDE

RECTORE MAGNIFICO

Viro Amplissimo, Excellentissimo, Experiensissimo

DN. MARCO BANZERO,

Augustano, Medic. Doctore ac Prof. Publ. celeberrimo Facultatisq; sua Seniore gravissimo.

Dn. Praeceptor, Patrono ac Promotore suo omni honoris observantiaeq; cultu aeternum d. venerando.

PRO LICENTIA.

Summos in arte Medica honores & Privilegia consequendi

Publico Eruditorum Examini & censure fuit

GVLWELMUS Banzel,

Dresdenis,

In Auditorio majori horis ante & pomeridianis

Ad diem 9 Mart.

Literis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr. Ann. 1654.

64